



Joannis Secundi Hagiensis opera.

<https://hdl.handle.net/1874/420807>

107²

IOANNIS
SECUNDI HAGI

ENSIS OPERA. Nunc
primum in lucem edita.

Quorum catalogum proximâ
facies enumerabit.



Cum Gratia & Priuilegio Caesario;

TRAIECTI BATA-

GORUM Harmannus Borculous
excudebat.

Anno XLI.

CATALOGVS
LIBRORVM.

Elegiarum libri tres.

Funerum liber unus.

Epigrammatum liber unus.

Basiorum liber unus.

Epistolarum libri duo.

Odarum liber unus.

Sylvarum liber unus.

Scipsit & alia nonnulla, quæ sunt
a nobis heic omiffa, quod in
principes quosdam
acerbius dicta
videren-

IOANNIS

SECUNDI HAGIENSIS

Elegiarum Liber primus, cui titulus

IULIA.

Plerides alius dira inter bella cruentet,
Vulneraq; ingeminet sæua, necesq; uirum,
Cuius bis fuso madesiant sanguine uersus:
Hei mihi, plus satis est quem cecidisse semel.
Nos Puerū sancta uolucrē cū Matre canamus,
Spargentem tenera tela proterua manu:
Sic ego, sic fanti, radiantibus astitit alis,
Cum face, cum cornu, cum iaculisq; Puer.
Fallor: an ardenteis acuebat cote sagittas:
Anxius in uultu iam mihi pallor erat.
Parce tuum, dixi, ferro terrere Poëtam,
Castra parat dudum qui tua sponte sequi,
Imperiumq; potens, & regna patemia latè,
Quæ te spumigena cum genitrice colunt,
Carminē uocali patrias resonare per urbeis
Aggreditur, tuus est, lædere parce tuum.
Ille nihil motus, lunato feruidus arcu,
Accipe quæ (dixit) multa diuq; canas,
Et non ignota celebra nunc robora dextræ,
Formaq; quid ualeat disce decentis Heræ:
Vix ea per sonuit, sonuit simul arcus, & unā
Cum iaculo in uenas sensimus isse Deum.

IOAN SECVN
ELEGIA II

CVM noua nascēti nerēi mihi fata Sorores,
Ducentes fusis stamina tortilibus,
Aureolis Puer allapsus Cythereius alis,
Dixit, in hoc puero sint mea iura mihi,
Fata canam uates, sacris absistite cunis,
Arbitrio uiuat deficiatq; meo,
Nec mora, procumbens sinuosum curuus in arcū
Si parēre negent, spicula dura parat.
Pārent, & Puerum Diuæ uenerantur, et ille,
Demulcens tenera stamina dira manu,
Risit, & Alcides spectata hæc fortissime, dixit,
Et pudor antiquæ cedat ab ore notæ:
Verba deinde leui recinebat blæsa susurro,
Qualis in arboreis sibilat aura comis:
Non equidem audiui, Nutrix audisse putatur,
Et longum gelido diriguisse metu:
PARVE, sub ignoti lumen spirabile cæli
Edite, cura Deum nostraq; cura puer,
Parue puer, nostris mox sudature sub armis,
Hæc præcepta meæ suscipe militiae,
Cum tibi uernateis atas exurget in annos
Curre lubens Dominae mite sub imperium.
Hæc tibi coninget, thalamis quæ digna Deorum
Diuum te nudis anteferet thalamis,

IULIA:

Quæ tibi postponet quicquid legit India rubro
 Gurgite, felici gramine quicquid Arabs:
 Quæq; tibi gemmis, & regum charior auro,
 Ingenio uiuax surget in astra tuo,
 Castalioq; tibi promens argentea fonte
 Pocula, formosa porriget ipsa manu.
 Illius è claris me sæpe stupebis ocellis,
 Vibrantem occultas in tua corda facies,
 Spicula strigentem tacito lethalia neruo,
 Ut uenit ignota fulminis ira uia.
 Parue quid, heu, lachrymis infatigata lumina turgēt?
 Et concussa tremens horror in ora uenit?
 Tempus in hæc aliud, puer, o, dulcissime, differ,
 Cum tibi tot causæ, cur lachrymeris, erunt,
 Quorū sub arboribus, primis Aquilonibus anni,
 Flauet deciduis tristis ager folijs,
 Quot uē per excultos hortos, in uere rubenti,
 Decussis zephyro floribus albet humus.
 Sed tam nil durum, quod nō tolerantia uincat,
 Et magnum afflictis mentibus ingenium.
 Victa soporatum dabit in tua brachia collum,
 Collaq; languenti cinget amata manu,
 Osculaq; & quicquid superest post oscula dul-
 Noctibus in longis continuabit amans. (ce
 Ergo iucundo patiens insiste labori,
 Nec malus in portu desere nauta rate m.

IOAN. SECVND.

Vulnificisq; emissum oculis haurire uenenum,
 Alternasq; oculis disce mouere faceis.
 Disce gradum medijs suspensum ferre tenebris,
 Et per dilectas ire, redire uias,
 Et rigidos cythara posteis mollire per umbram,
 Sertaq; cantatis addere cardinibus,
 Dum nocturna tibi demulserit aura calorem.
 Et matutine collachrymentur aues.
 Disce leui uarias nutu conferre loquelas,
 Disce uerecunda uoce diserta loqui:
 Qualia me docuit, per me tamen ante peritus,
 Naso, Tamitana non tumulandus humo,
 Quem mihi rectorem lasciuos Mater ad annos
 Legerat, effrenæ conscia nequitie.
 Ille quidem famam Pelignis auxit amando,
 Tu quoq; cum Belgis non in honoris eris.
 Nec te longa premet caligo mortis opacæ,
 Nec teret obscuro te uetus urna loco.
 Quæ fax ante tuis stridebit inusta medullis,
 Hæc faciam, cineres luceat ante tuos,
 Tu modò semper ama, nec te tædebit amorum,
 Dulcius his nostri nil habet aula louis.
 Sape quidem infensus nostris fuit ille sagittis,
 Et, memini, nuper dira minatus erat,
 Arcuq; & pharetrâ se egisset, at optima Mater
 Nostra sub arbutis condidit arma Paphi:
 Mox

IULIA.

Mox tamē ille ferox ter mille per oscula supplex
 Oravit de me uulnus habere nouum.
 Quid Tyrius sine amore torus: qd mēsa Falerno
 Vdat: quid auratis nixa domus trabibus?
 Quid iuuat Assyrijs ī odoribus elāguētē, (quæ:
 Seu sopor ad Cytharas, seu leue murmur a
 Omnia nil sine amore iuuant, sed amore secūdo
 Et sopor in dura blandus humo trahitur,
 Omnis & Assyrium tellus aspirat amomum,
 Et uincunt humiles tecta superba casæ.
 Nil tibi sit terræ tractus aut dicere cœli,
 Tethyos aut tumidas rauca sonantis aquas,
 Quidue per occasum, quid signēt astra per ortū,
 Quæq; tenent medium, summa uel ima, locū,
 Neu cantare tui uictricia Cæsaris arma,
 Progenies Mstris sit licet ille meæ:
 Sed facileis Elegos lento deducere uersu,
 Qui ualeant nostram uincere mollitiem.
 Tunc ego te crocēis euectum ad sidera pennis
 Parnassi sistam culmine conspicuum,
 Quis tibi si Pæan, simul & suaserta negabit,
 Monte Cytheriaco Myrtea sarta geres.
 Hæc ter Amor cecinit, Parcæ assensère canenti,
 At Venus excelsorisit ab Idalio,
 Et Natum miti uenientem fouit in umbra,
 Quæq; odor e nardo, quæq; odor e casia,

IOAN. SECVND.

*Eq̄. rosa Zephyri uitaleis imbuit auras:
Gramen & irriguas palpitat inter aquas.*

ELEGIA III.

Crabit

Siquis erit Iuuenum, Dominae qui turpae pue
Vincula in ingenio pectore serua pati,
Ille quidem certe quid sit Venus ignea nescit,
Et nondum ueris incaluit facibus,
Illius obrigit glaciali frigore pectus,
Qui tam dulce pati seruitium renuit.
Non onerosa mihi, non est formosa pudori,
Formosas Dominas Iupiter ipse tulit.
Eheu, q̄ mea me caeca face Iulia torret.
Non sic assiduis ignibus Aethna calet,
Nec tanto uenas consumitur aridus aestu
Mole sub Aethnae conditus Enceladus,
Sic agitur primo iuuenis furibundus in igne,
Cui iecur ignoto laesit Amor iaculo.
Nos tamē hāc lentē, cum sit formosa, feramus,
Et demus uictas uincla sub arcta manus,
Scilicet est aliquid specioso carcere claudi,
Et iuuat aurata compede posse premi,
Illa mihi leges uictrix praescribat, & in me
Regia formosis sceptrā gerat manibus.
Illius imperio uentos patiemur, & imbreis,
Ibimus & solas nocte silente uias.

Nec

IVLIA.

Nec graue frigus erit, nec Solstitiū, licet in me
 Feruidus ingeminet sidera sicca Puer,
 Illa uolet comitem sibi me quocunq;, sequemur,
 Quā uia nulla rotæ peruia, nulla rati.
 Illa meas torret, & torreat usq; medullas,
 Prompta tibi sint heic spicula sancte Puer.
 Nec mihi deficiat calor hic hyemantibus annis,
 Nec, me cum tenebris obruet atra dies.
 Tunc detur tremulis illam manibus complectar,
 Et fugientem inter basia fundam animam,
 Quæ tunc purpureis labris remorata resistet
 Forsan, & inceptum læta redibit iter,
 Spernet & Elysias sedeis, uallemq; beatam,
 Præ tam mellitæ basiolis Domine.

ELEGIA IIII.

MAius alit frõdeis, Maio sine frõde uirëti
 Ire nefas, mos hoc, lux mea, priscus ha-
 Ergo, age, certem; tibi, me sine frõde repto, (bet
 Munus quod niueum pectus adornet erit,
 Corporis, ô, felix illa quod sede fruetur,
 Cuius ab aspectu gaudia mille fero.
 At tibi lex hæc fit, folij uiridantis ut orba,
 Oscula cogaris mox dare pauca mihi,
 Oscula quæ possint fugientem sistere uitam,
 Restet ubi nullis spes medicaminibus,

IOAN SECVN.

Pallidulamq; animam Stygiæ subducere Lyntri,

In non concessas & renocare uias.

Sic ego, depresso sic lux mea rettulit ore

Pauca, sed argutis multa loquens oculis,

Basiaq;, & mea quo iurabis basia uinci,

Accipies aliquid, si modo uictor eris.

Dixit, & os auidum roseo mihi molliter ore

Pressit, & hoc cape nunc, cætera uictor, ait.

Uictor ero certe, nec opem Cytheræa negabis,

Si tua, si Nati, numina sancta colo.

Tunc ego lasciuæ potero contendere uiti,

Quæ se uicinis implicat arboribus.

Nec me hederæ uariis superabit in ilice nodus,

Brachia erunt collo sic mea nexa meæ,

At uos purpurei reges ignoscite uicti,

Rijus erunt uestræ tunc mihi diuitiæ.

ELEGIA V.

VNa meas igitur uersabit scemina curas?

Vnaq; mirisus, unaq; fletus erit?

Vna mihi dulcis facies moderabitur annos?

Quos mihi Persephone non uolet esse diu.

Nam seu dura meos illa auersabitur igneis,

Seu facilem sese dat mihi, morte premor.

Nec mihi uita potest duci sub amore sinistro,

Inter mortaleis nec locus esse Deo.

Sed

IULIA:

Sed potius moriar te te, mea uita, tenendo,
 Inq; tuos humeros funera nostra cadant.
 Funera de tereri melius pendentia collo,
 Quin si sublimi de trabe nexa forent.
 Quis ilis Anaxaretes fastum puer ultus amarum,
 Flebile curuata fauce pependit onus.
 Exitus aut sic est, aut sic sperandus amanti,
 O, natum tristi fidere quisquis amat.
 Sed tamen in melius hæc omina tristitia uertent
 Lunina, sidereis quæ mihi profacibus,
 Aspectu læto, torua seu luce, negantq;
 Dantq; frui uita, dantq; negantq; mori.
 Quis ego, negate mori, uitam date lunina, quæ so,
 Non sum de cuius morte triumphus eat.
 Labra columbatim committe corallina labris,
 Nec uacet officio lingua ue, dens ue suo.
 Et mihi da centum, da mitia basia mille,
 Da super hæc aliquid, lux mea, numen ero.
 Nec super hæc aliquid, nec uis dare basia pauca
 Labra nec humidulis continuare labris,
 Notaq; nec dentis, nec sunt tibi prælia linguæ,
 Exsuperas Latias & tamen ore nurus.
 Quis superas facie, iam iam superabis & arte,
 Dent modò Dij nostris uersibus esse fidem.
 Nos neq; Chaonij uincet lasciuia nidi,
 Nec Iouis omniuoli deliciosus amor.

Nam

IOAN. SECVND.

Nam tibi quid proffit faciem corrumpere rugis?
 Hæ uenient fronti, nec mora longa, tuæ.
 Quid uè supercilijs oculos onerare nitente ist?
 Nec tota nigras spargere fronte comas?
 Tempus erit, cariosa specu cum lumina condes,
 Canus & in gelido uertice crinis erit.
 Tunc frustra labris pallentibus oscula quæres,
 Atq; aliquem obtusis figere luminibus.
 Nulla corona tuos ornabit florida posteis,
 Cantabit muto limine nullus amans.
 Quin potius dum fata sinunt, & nigra Sororum
 Stamina, uerq; uiret nobile, carpe rosas,
 Quæ nisi carpentur, languent sponte, cadentq;
 Et stabit lapsis spina inhonora rosis.
 Entibi qui tecum redolentia munera carpet,
 Tecum florentis & parat ire uias.
 Sparsa Dionæo uiridaria rore teremus,
 Visemusq; hortos Flora decora tuos.
 Illic & uiolas, & purpureos Narcissos
 Decerpes teneris molliter unguiculis.
 Ipsæ tibi nectam uario de flore corollas,
 Imponamq; tuis Iulia temporibus.
 Iamq; sub umbrosa recubabis languida Myrto,
 Et modò me celeri læta sequere pede,
 Iamq; colorata prouoluar lentus in herba,
 Et modò te celerem per loca læta sequar.

Inte

IULIA.

Interea has flammæ mihi si duplicarit eunti
 Inuidus aurata Cynthius è specula,
 Tutu sola meis iucunda caloribus aura,
 Humida de roseis flamina funde labris,
 Quæ suscepta mei fornacibus oris anbeli
 Vsq; sub ambusti pectoris ima meent,
 Restinguatq; rogû, quæ nec uaga flumina terræ,
 Tota nec exhausti frigeret unda maris.
 Lumina cui seruas aurum iaculantia purum:
 Cui tereteis digitos, artificemq; pedem:
 Fascia lacteolis cui stat distenta papillis:
 Cui risuse, & cui mollia uerba paras:
 Cuius dispositus nutritur crinis in usum:
 Oscula felicitis cuius erunt dominic:
 Illicet ingrato seruaueris omnia Nautæ,
 Lethæam ueteri qui rate uerrit aquam:
 Huius ab amplexu uenies ad basia Ditis,
 Maxima tergemina cura timorq; Deæ.
 In te turba ruent æui uiolenta prioris,
 Luminibusq; cauis, pallidulisq; genis,
 Et Paris, & Theseus, & non bene fidus Iason,
 Hæc ueniet formæ maxima fama tuæ.
 Quare ne tibi sit tanti regalibus umbris
 Posse frui, ut uiuus sim tibi uilis ego,
 Te iuuet in nostris positam languere lacertis,
 Me luuet in gremio uita cubare tuo.

Et cum

IOAN. SECVND:

Et cum suauolis animam deponere nostris,
 Eq; tuis animam sugere suauolis,
 Siue meam, lux. siue tuam, sed sit tua malim,
 Ipse tuo ut spirem pectore, tuq; meo.
 Tali uernantem satiemus amore iuuentam,
 Mors uenit æ terna cincta caput nebula.
 At uos qui iuuenes suspiria nostra notatis,
 Et fractos oculos, & sine mente gradum,
 Ebria ridentes nullo cum pondere uerba,
 Et si quis subito uenit in ora color,
 Postmodo dicetis non infeliciter arsit,
 Præmia cum nostri nota laboris erunt.

ELEGIA VI.

NVnc mihi Praxitelis digiti, nunc Mentoris
 Nunc Lysippe æ, Phidiacæq; manus. cesset
 Iulia namq; meo sculpi cupit aurea cælo,
 Nec tantum in libris nomen habere meis.
 Non ego sum, fateor, cœlestem effingere formã
 Qui ualeã, at Dominae spernere iussa nefas.
 Non ego te, mea lux, faciam de marmore duro,
 Illa decet rigidum materies animum,
 Quin & cæla tuos formabuut aurea uultus,
 Non facit ad molleis ferrea lima genas.
 Iam iam fama meis maior uenit artibus, ipsam
 Sculpere mi uideor cœlicolam Venerem.

IULIA.

Sed dū te uideo, & propius tua lumina specto,
 Aemula phœbeis lumina luminibus,
 Ferre negant oculi iaculantem spicula uultum,
 Cœlaq; nota negat languida ferre manus,
 Deficit, & torpet, nec iam sibi conscius artis
 Vllius est animus, nec memor ipse sui.
 Ah, nulli fas est mortali effingere Diuas,
 Mens cadit, obstupeo, heu, et mihi surripior.

ELEGIA VII.

Insidiosè Puer, Maternis sœnior undis,
 Hac ne tuus uates fraude petendus erant
 Tu mihi iussisti, numeris leuioribus irem,
 Assumpsisti facileis ad tua iussa modos,
 Materiesq; mihi curuato uenit ab arcu
 Longa, sub undenos digna uenire pedes.
 Vix opus incepti, Dominam Puer improbe tollis,
 Ducis & externas in mea regna manus.
 Et nunc ille uenit diuersa rusticus urbe,
 Prætendens sancti fœdera coniugij,
 Scilicet ut diris faciat sponsalia uerbis,
 Impediant illi picus, & anguis iter,
 Et cornix inimica uijs, & lumine primo
 Sentiat offensi signa sinistra pedis.
 Quæ si non possunt illum terrere, quod opto,
 Accipiat Diui quod monuere malum,

Subq;

IULIA.

Subq; rota ponat odiosam in puluere uitam;
 Multaq; proiecti uiscera carpat auis.
 Aut mergatur aquis, & mōstra natātia pascāt;
 Quanta Deo pelagi tunc ego dona feram?
 Sic nec in amplexus ueniet, nec in oscula nostrā
 Improbus, & sceleris gaudia nulla feret.
 Et luuenes alios uiolenta sorte monebit
 Vatum delicijs non temerare manus.
 At tu, siue tuos igneis transmittis in illum
 Iulia, siue magis te tua fata trahunt,
 Infelix nimis, et querulo mihi carmine flenda es;
 Cogeris ignoto quæ comes ire uiro,
 Et te captiuus hominum miscere cateruis,
 Eq; breui uerbo ferre perenne malum.
 Ah, poteras, lux, ah, poteras ius dicere nobis,
 Oreq; formoso regia uerba loqui,
 Inq; meo uersu sublimia regna tenere,
 Prima fidis nostræ gloria, serus honos.
 Inq; puellarum, quas olim carmine uates
 Laudauere pij, nomen habere choro,
 Qualis quæ falso Nasoni dicta Corinna est,
 Deliaq; & Nemesis, & bene culta comam
 Cynthia, forma potēs, nec nō tua Galle Lycoris,
 Quarum immortalis forma perenne uiret.
 Digna quoq; hæc facies quæ carmie lōga uideret
 Secla, nec in cineres omnis abiret, erat.

Et potēs

IVLIA.

Ut sciret nostros ætas uentura furores,
 Et tam formosam non uiolasse fidem,
 Et culti iuuenes, non incomptæq; puellæ,
 Expertæ dulcem militiam Veneris,
 Myrtea ferta tuo ferrent uiolæsq; sepulchro,
 Diceret atq; aliquis, sit tibi terra leuis.
 Et poterât aliquid nostræ præstare Camenæ
 Fata nisi obstarêt, Et male faustus Hymen.
 Non quia Virgilio primos concessit honores
 Posteritas, Flacci spreuit iniqua Lyram,
 Aut male reiecit, quem proculit Umbria, uatent,
 Sola cui longum Cynthia carmen erat.
 Peligni uiuent opera ingeniosa poetæ,
 Rectorem nato quem Venus ipsa dedit.
 Nec te longa dies delebit culte Tibulle,
 Ignibus atq; arcu dum potietur amor.
 Nostra quoq; adueniens si non his inferet ætas,
 (Quod sperare pudor sit mihi, sitq; nefas)
 Non tamen obscura damnabit nomina nocte,
 Fallor: an hoc olim mi Dea pollicita est,
 Fragrantem quæ nexa comam, Myrtaq; decora
 Vadit inæquali conspicienda pede:
 Quam bene priscorum currebat uita parètum,
 Ingenuæ Veneris libera sacra colens:
 Nondum coniugij nomen seruile patebat,
 Nec fuerat Diuis adnumeratus Hymen.

IOAN. SECVNDI.

Passim communes exercebantur amores
 Omnibus, & proprii nescius orbis erat.
 Ense maritali nemo confosus adulter
 Purpureo Stygias sanguine tinxit aquas.
 Anxia non tenuit custodis cura puellam,
 Nulla erat inuisis clausa domus foribus,
 Nec sacer agricolis stabat lapis arbiter agro,
 Trabsq; procellosum nulla secabat iter.
 At postq; domibusq; fores, foribusq; subiuit
 Clavis, & æquoreas nauita spreuit aquas,
 Non dubitans animam tenui concredere ligno,
 Externas fragili puppe secutus opes,
 Discretiq; nouo iacuerunt limite campi,
 Indixit leges & sibi quisq; nouas,
 Scilicet ex Æolo sensit fera iura, iacetq;
 Clausa pedem dura compede serua Venus.
 Mortales sceleri leges præscribite uestro,
 Innocuam uinclis nec cohibere Deam.
 An quia Lemniacis semel est elusa catenis,
 Digna erit a uobis quæ grauiora ferat
 Tempora, si fas est, iterum primæua redite,
 Falciferoq; iterum sub sene mundus eat.
 Inscia tunc rastri, tunc uomeris inscia curui,
 Sponte sua segetem terra benigna feret,
 Et respiciunt iterum desertas numina terras,
 Et fruar, o, longum tutus amore meo.

IULIA.

Interea qui falce meas inuadere menseis
 Ausus es, ut uoto iam poriare tuo,
 Assiduis uersuta dolis te rideat illa,
 Nec tibi componat se, faciemq; suam,
 Sed inuenum gregibus studeat formosa uideri:
 Sic miser, & nulli commiserandus eris.
 Quippe nec indignum fecisse putabitur ulli,
 Si fugit amplexus bella puella tuos,
 Si fugit hanc faciem qualem Medæa gerebat;
 In natos gladio cum ruitura stetit.
 Hanc tamen illa potest pacato cernere uultus,
 Nec spuit: obducta nec tegit ora manu:
 Hanc spectare potes: corpus potes illud amare
 Iulia: sed capitur, dicis, amore mei.
 Non ardentem amat, & amat non dignus amari,
 Et sunt mille alij, quos tua forma rapit.
 Iamq; diem uideo properantem, cum tuus illi
 Et grauis aspectus & graue nomen erit.
 Iulia tum lentas producens frigida nocteis,
 Optabis nostras in tua colla manus.
 Iulia non ueniam, ueniet, querulumq; subibit
 Ille, peregrino lassus amore, thorum,
 Et tecum, mea lux, meliori digna cubili,
 Vallatus densa ueste iacebit iners.
 Tunc potes æternis hoc unum poscere uotis,
 Ut properent longas fata tibi tenebras.

IOAN. SECVNDI.

Parcite fata tamen, formosas perdere criment,
Gloria vos alia de nece magna manet.

ELEGIA. VIII.

ERgo dies uenit, qua se formosa mariti
Dedit in æternum Iulia seruitium
Qua nostras alio cogar traducere flammæ,
Qua debenda animo est illa adamata mihi,
Quântum nulla fuit, quantũ nec amabitur ulla,
Seu me uita breuis, seu diuturna manet.
Iamq; peregrinæ committit fœdera dextræ,
Fœdera quæ Diui iam uiolata uolunt.
Mox dapibus, lenibusq; dies peragēda choreis,
Et sine me tota est, tota sit atra, precor.
Phœbe, coloratum, si te bene credimus olim
Esse sacris patrem uatibus, abde caput.
At tu tela manu iaculare corusca rubenti
Iuppiter: hac sola luce sit alba dies.
Tuq; Iouis coniux, quantum connubia cures
Talia, demissis annibus ipsa doce.
Fallimur: an certe condit sua Cynthius ora:
Condit, & obscura nocte teguntur agri,
Præcipitatur aquæ, mare pēdet in aëre densum,
Ignibus excussis dissilüere poli.

ELEGIA. IX.

Peire

IVLIA.

Petre sodalium pars sincerissima nostri,
 Felix Maclima cui licet urbe fruī.
 Me tenet Augusti celebris Bruxella triumphis,
 Fontibus æternas quæ iaculatur aquas.
 Hic mihi nec desunt gratissima turba Poetæ,
 Nec quibus a lingua diuitem uenit honos,
 Quorum Posteritas operoso grata labori
 Nomina sub longa luce uidenda dabit.
 Hic ueterumq; manus animato miror in ære,
 Subq; mecum aspectum turba togata uenit.
 Multaq; quæ gentis æquant miracula prisca,
 Quæ modo Romulidū dædala mittit humus.
 Scilicet argutis urbs hæc me ponit Athenis,
 Scilicet hic media sistor in Ausonia.
 Mille uel hic oculos possunt retinere, uel aureis,
 Nulla tenent aureis, nulla tenent oculos.
 Non queat hoc alius præter te credere quisq;
 Forte nec ipse queas credere, crede tamen.
 Nimirum nostri iam pridem conscius ignis,
 Vna geris mecum pectore tela tuo.
 Vnius ex oculis fax est accensa puellæ,
 Qua recur Idalius torret utriq; Puer:
 Quæ tua si fors an leuiter præcordia lambit,
 Quam tibi duritiem pectoris esse putas?
 Mi neq; lux, neq; mi noctis leuat umbra dolorē,
 Vror, & in uenis flebile uulnus alo.

IOAN. SECVNDI.

Semper in absenteis suspiro mœstus amores,
 Inq; cupidineæ mœnia Maclinia,
 Illa sed abcessit, peregrino iuncta marito,
 Quæ uoluit uirideis in mare Scaldis aquas,
 Abcessit: doleo. quid tum: uestigia restant,
 Et loca quæ nobis gaudia longa dabant,
 Et si isthic fuero. fuero uicinior illi,
 Esse putas hæc tu ludicra: magna loquor.
 Tum q̄ multa fora noua sisteret esseda uesper,
 Noxq; rateis tarda sera referret aqua,
 Ipse rateis omneis audax speculator obirem,
 Cunctaq; defixis esseda luminibus,
 Si quæ forte meam mihi redderet hora puellam,
 Seu uectam Veneris suaue sonante rota,
 Seu raptam tereti uada per crystallina concha,
 Seu lapsam uosco Cypridis è gremio,
 Nam neq; te retinet coniux tuus, aut tibi lōgis
 Noctibus incumbit, Iulia, pondus iners.
 Te Venus Idalios inter fouet aurea lucos
 Et Venerem geminam nunc locus ille colit.
 Supposuit pro te scortillum turpe marito,
 Afflauit uultus cui decus omne tui:
 Barbarus ingratis illam complexibus urget,
 Teliger intactam te mihi seruat Amor.
 His ego solarer curas, dum tempora nobis
 Tarda fluunt, ægras inter amarities.

IULIA. MAOL

Hoc quoq; (nā poteris plures admittere causas)

Vi sere Macliniam cur properemus habe.

Inter finitimas, experti credimus, urbeis

Illā sibi formas uendicat: illa daret

Fortē nouas flāmas, ueteres quæ pellerē possint,

Hei mihi, sed uereor, (Dei prohibete malū),

Ne calor hic alia possit consistere sede:

Ha:tenus hunc certe Iulia sola tenet.

Candida quantumuis, & non deformior illa,

Et uersatilibus ebria luminibus,

Sape meos oculos in se Domitilla moretur,

Oscula quæ facilis ad mea sponte uenit.

ELEGIA X. SOMNIVM.

I Te procul mæstum lachrymæ genus, ite
querelæ,

Et comes aligeri cura uigil Pueri,

Cinge triumphanteis uictrici fronde capillos

Laurea Phœbææ grata corona comæ,

Misit in amplexus illam Venus aurea nostras,

Prima mihi quæ fax, quæ mihi serus amor.

Non fora, non portus, nō iam populosa theatra,

Templaq; sunt nostris conscia blanditijs.

Mater abest, digitis legem quæ ponat, & ori,

Et cogat tremulo murmure pauca loqui,

Osculaq; aridulis non continuanda labellis

Carpere, quæ iuret barbara, quisq; amat,

IOAN. SECVNDI.

Et cœlare faceis, & amici obtexere nomen,
 Multaq; quæ solers fingere discit Amor.
 Sola iacet mecum semoto Iulia lecto,
 Sola tamen solos non sinit esse Venus,
 Et Puer, unanimes comitatus in omnia uitas,
 Certus & exanimeis, certus & ossa sequi.
 Forte uident & nos, qui spectant omnia, Diui,
 Delitijs nostris inuidiosa cohors.
 Di precor, ô, nostris ne lusibus inuideatis,
 Non ego nunc uestris lusibus inuideo.
 Iulia te teneo, teneant sua gaudia Diui,
 Te teneo, mea lux, lux mea, te teneo,
 Iulia te teneo, Superi teneatis olympum,
 Quid loquor? An uere Iulia te teneor. hæc,
 Dormio ne: an uigilo: uera hæc: an somnia sunt
 Somnia seu sunt, seu uera, fruamur age.
 Somnia si sunt hæc, durent hæc somnia longum,
 Nec uigilem faciat me, precor, ulla dies.
 Et quicumq; meo pones uestigia tecto,
 Parce pedum strepitu, comprime uocis iter,
 Sic tibi non unq̃ rumpant insomnia galli,
 Tarda q; productæ tempora noctis eant,
 Plurima cū rubris tibi gēma legetur, ab undis
 Pæctoliq; domus tota liquore fluit.

IULIA.
ELEGIA. XI.

Host tibi, sancte Puer, primos sacraui-
(mus igneis

Has tibi primitias dedico, sancta Venus,
Dij, quorum nostri uiuent sub nomine uersus,
Sæpe colenda Venus, sæpe colende Puer,
Hactenus optato dant indulgere furori
Et mos, & leges, purpureusq; pudor,
Hactenus &, credo, nos me uolulistis amare:
Iamq; mihi iaculi ferte medentis opem,
Et quod inaurati terebratum cuspide teli
Sollicitum toro pectore uulnus hiat,
Sentiatur arcana obtusa in arundine uireis,
Mox dolor, & questus, & labor exul eat.
Halitibusq; increta meis suspiria, cumq;
Languida spinoso cura satellitio.
Tunc ego uos dicam mitissima numina Diuum,
Ipse Deum sine queis Rex quoq; tristis erit.
Corq; geram uestris semper penetrabile telis,
En patet in uulnus pectus inermis nouum.
Non ego desertor fugio quæ castra sequebar,
Absceuit longas spes properatus Hymen.
Ah, Hymen genus uraniæ, cur Thespia rupes
Non te detinuit, Lympha nec Aoniæ:
Cum te nigra dies inuisa ad sacra uocabat,
Et pactum infaustis coniugium alitibus.

IOAN. SECVNDI.

Ipsa ubi Tisiphone tædas a fune eraptas
Ferali tenuit, omina dira, manu.

Nomme fuit satius cantus haurire sororum?
Cernere uel, sacræ quâ fluit humor aquæ,
Veste Deas posita teretes abscondere suras?
Quam miseram turpi dedere seruitio?

Et me, cui Cypris tot basta mitis alebat,
Exturbare meæ brachiolis Domine?

Quæ nunc, in longa raucescēs mæsta querela,
Discit amato: is omina uera sui?

Heu, quæ non longo meditabar gaudia ductur?
Vnde nihil, præter somnia uana, fero?

Sic segete ex uiridi flauas præsumit aristas
Rusticus, atq; animo iam sua uota metit,
Vota quibus miseris grãdo fraudabit & imber,
Seu ualidi flatus, fulmina siue Iouis.

Sed quid ego toties fatis contendere pergo?
Quæ non mutandis stant rata limitibus?

Tu Puer, ô, Pueriq; parens, Ioue nata, Dione,
Soluere me ingratis sollicitudinibus.

Et mihi, si merui, nociturae demite flammæ,
Ne sim famosis fabula porticibus.

Vinosasq; meo producant nomine mensas,
Ignorentq; malum compita nulla meum.

Et, si quando nouo pallentem afflabetis igne,
Efficite ut miserum me iuuet esse diu.

Et mihi

IULIA.

Et mihi feliceis extendant gaudia curas,
 Dum ueniant capiti candida fila mea.
 At, quocumq; mei tabescent lumine uultus,
 O, saltem possim dicere, talis eras,
 Nobile quæ pa: uo nomen so: titi a libello,
 Prima meæ spoliū Iulia mentis habet.
 Interea hos elegos, primi monumenta caloris:
 Accipite, et risum iungite cum gemitu,
 Dicētes, nostri pars hic quoq; parua triūphi est
 Semper amet dulci semper amore fruens.

Elegiæ solennes tres. consequentibus tribus
 post adamatam Iuliam annis, Men-
 se Maio Cupidini dedicatæ.

ELEGIA SOLENNIS I.

T Empus adest iterum, quo stat pulcherri-
 ma tellus,

Effundens uarijs germina seminibus.
 Nigrescit uiridi uelata cacumine sylua,
 Garrula flebilium carmine Dauidum,
 Illa sonans tremulum Zephyro spirante, uiroris
 Tempora conqueritur non diuturna sui.
 Ipsa nouo Cytheræa choros agit aurea mense
 Nuda coronatas inter Hama dryadas,
 Quas inter medius tenero pede gramina pulsat
 Candidus in crocea ueste proteruus Amor,
 Hæc sacris

IOAN. SECVNDI.

Hæc sacris nostræ semper solennia Musæ
 Tempora, Di; magni sic uolulistis, erunt,
 Sive peregrinum uia me deducet in orbem,
 Sive sub ignoto sidere pontus aget.
 Hic etenim nostros primum pallescere uultus
 Mensis & euinctum uidit acerba pati,
 Aligeriq; faceis oculis gressuq; fatentem
 Ire uacillatim per loca sola pede,
 Et dominæ seruare foreis, pluuiasq; molestas,
 Et sauas Boreæ non timuisse minas,
 Vidit & ille idem carpentem gaudia mille
 Lenibus ex oculis molle tuentis Heræ.
 Ergo, Puer, uenis hominum qui spicula tingis,
 Inferis & mœstis gaudia lachrymidis,
 Hæc affixa cape Maternæ carmina Myrto,
 Annua quæ semper, sis modo mitis, erunt.
 At uos, florenti, Iuuenum grex floride, Maio,
 Gensq; puellaris deliciosa chori,
 Non intellectum dū uer fugit, & fugit æuum,
 Ludire, iam glaciem Bruma niveisq; feret,
 Canaq; subrepet taciturnis passibus ætas,
 Morsq; tenebrosa nube reuincta caput.

ELEGIA SOLENNIS II.

ET cæli facies, & rerum mitis imago,
 Pictaq; quæ uario flore renidet, humus
 Pendulaq;

IVLIA.

Pendulaq; obscuris distincta umbracula syluis,

Blandaq; syluestreis quæ mouet aura comas,

Antraq; cum Satyris fusæ per opaca Napeæ,

Et Puer arcitenens & Venus ipsa monet

Aduentare meis iterum solennia sacris.

I, puer, unguentum fer mihi, fer uiolas.

Vina coronatis spument nigrantia mensis,

Nec sine multiplici stet mihi flore caputi

Impositæ fronti mecum languete corollæ,

Ad latus accedat fusca puella meum,

Quæ nigris oculis & nigro crine decoræ,

Antiquæ memorem me facis efficiat,

Nec peiora meis infigat basia labris,

Serpat in amplexus nec minus apta meos:

Quam quæ prima suis uictum me cepit ocellis,

E fastu referens prima trophæa meo.

Vos quoq; Pierides, ad tempora læta uocatæ,

Fundite concordis ore fauente sonos.

Primus ego ingredior, nullo de more, Sacerdos

Annua nequitiae ponere sacra meæ.

Transseat hic, positis immota per aëra uentis,

Et sine nube dies, & sine sole graui,

Transseat hic totus sine sollicitudine mensis,

Hæc mihi, de Maia qui male nomen habet.

Vel Veneri dominæ, uel, si sibi legit Aprilem,

At Puerø Veneris debuit esse sacer.

Quamuis

IOAN. SECUNDI.

Quamuis Maia Ioui iucundo cognita furto
 Formosum peperit cædida Nympha Deum,
 Insignem neruis, insignem uoce diserta,
 Conspicuumq; genis, conspicuumq; coma.
 Ille uelit mecum materno applaudere mensi,
 Implicitus multa tempora flaua rosa,
 Ebriaq; in longa ducens uestigia palla,
 Argutum facili pollice pulset ebur,
 Quem circumfiliens huc illuc crure proteruo,
 Lasciuus domito uate triumphet Amor.
 Atq; eadem grauida depromat tela pharetra,
 Quæ primum uenis irrubuere meis.
 Ac petulante ferox insultans uoce iacentis,
 Verset in aspectu spicula nota meo.
 Tunc ego commotus iuratum soluere uotum,
 Perficiam toto sacra iocosa thoro.
 Hæc quoq; quæ cecini, ne quid solēnibus absit,
 Suspendam myrti carmina de folijs,
 Quæ strepitem teneris assuspirantia ramis,
 Pulsa susurranti leniter a Zephyro.
 Accedet uersus, uates tuus, alme Cupido,
 Hæc tibi pro miti dedicat imperio.

ELEGIA SOLENNIS III.

Ille ego, qui Maio solennia carmina mense
 Suspendi templis, sancte Cupido, tuis,

Cum me

IULIA.

Cum melior tellus meliore in amore teneret,
 Mulcentem tepido pectore dulce malum,
 Nunquid ab hac poteram liber desistere curæ?
 Reiectus dulci tam procul a patriæ
 Tam procul antiquo infelix diuisus ab igne,
 Qui primum nostris ossibus incaluit
 Quin etiam, te autore, graueis expertus amores
 Cum fueri, & dominæ regna superba nouæ,
 Quam mihi crudeli faceret ludibria uultu
 Insultans capiti torua Neæra meo,
 Certe ego si pacto iuratus stare recussem,
 Vnde petam ueniam, uel tua mater erit.
 Illa sua fixum conseruat in arbore carmen,
 Annua deuoui quo tibi sacra Puer,
 Dum mihi mansuetas afflares leniter auras,
 Durus ades, duro si geat ara Deo.
 An, mea si Lybicas nauis ditauerit undas,
 Aurea Lædeis dona feram pueris?
 Aut, ego si mo: iar longinquis exul in oris,
 Decernam reduci sacra opulenta Iouis?
 Abnuat hoc hæres, & si sub indice certet,
 Turpiter a causa Iuppiter ipse cadet.
 Vltriceis igitur tædas metuemus, & arcum,
 Plusq̃ fulminei feruida tela parris?
 Iuppiter ignoscas, cedunt tua scepra Nepoti,
 Et trifidum Pueri sub face fulmen hebet.

Illius

IOAN. SECVNDB.


Illius æternis habebunt templa corollis,
 Vndabit pecudum sanguine pingue solum,
 Mascula sudabunt uerbena thura perusta,
 Et focus in uiuo cespite semper erit.
 Ipse ego, nude Puer, signum tibi nobile ponam,
 Quale Cnidus matri seruat a quosæ tuæ.
 Aureus in nicea ludet ceruice capillus,
 Aurea cum fulua tela dabo pharetra.
 Penna duplex humeris auro radiabit, & arcus
 Ille nocens, Parium cætera marmor erunt.
 Proxima ponetur, nec erit tibi Sancte pudori,
 Vatis amatoris Iulia sculpta manu.
 Interea roseo demus sua carmina Maio,
 Sepius ut remeans floreat ille mihi.
 MAIUS alit flores, Maio pulcherrimus annus
 Vernat, Acidaliæ gaudia Maius alit,
 Spem segetis, spem Maius alit florentis Iacchi,
 Spes, memini, quondam fouit & ille meas.
 Et primos miseri gemitus audiuit amantis,
 Et primas lachrymas uidit, & indoluit.
 Tunc Zephyrum socias mecum miscere querelas,
 Quæ tremat ignotis umbra sub arboribus,
 Et trepidum lachrymas insit siccare cadentibus,
 Solis ad afflatum ros uti uernus abit.
 Maie decus mensum, pastorum Maie uoluptas,
 Diues opum, Terræ luxuriantis amor,
 Entibi

IVLIA:

En tibi cum Puerò communiâ sacrâ uolucris,
 En tibi purpurea spargitur ara rosa,
 Et noua cantamus solenni carmina plausu,
 Quæ tibi parue Puer, quæ tibi Maie damus:
 Adsis & faueas florum Dea uersicolorum;
 Te rosa, te uiolæ, te thyma cana uocant.
 Narcissus tibi suauè rubet, tibi lilia fulgent,
 Candida uirginea lilia carpta manu,
 Omnia dotaleis olim quæcumq; per ho: tos
 Nutrit amatoris fertilis aura tui.
 Ecce tibi nostri cedit pars tertia sacri,
 Linque tuos ho: tos, diua idocosa ueni,
 Qualis eras Zephyro, cum te fo: mosa secutus
 Securam pennis mollibus implicuit.
 Qualis ab ætherio spectabas culmine ludos,
 Quos tibi solenneis Martia Roma dabat.
 Romanis tibi pro ludis Romana Secundus
 Carmina, diuersa cantat in Hesperia,
 Quâ rutilus Tagus assiliens eiectat arenas,
 Sub matutinis cantibus alituum,
 Carmina spectaclis longè potiora uetustis,
 Sustulit hæc ætas, illa perenne manent.
 O, ita, cum blando blandissima Mater Amore,
 O, ita Bacche uelis, ô, ita Phœbe pater,
 Semper ut illius maneant monumenta caloris,
 Quem mouit tremulis ignea luminibus,
C
Magnam

IOAN. SECVND.

Magnam quæ paruo, nomen sortita libello,
Prima meæ spoliū tertia mētis habet.

 IOANNIS
SECVNDI HAGIEN. ELEGIA-
rum Liber Secundus,

Elegia prima.

Cui damus hos elegos: tibi qui legis ista li-
benter,
Cui micat in læta fronte serena Venus.
Seria qui curas, procul hinc age seria, ferri
Nos sine, quo pueri iura uolantis agunt.
Tempora q̄ longum iucundo florida uere
Stant, neq; nix atris crinibus ulla uenit,
Et Nymphæ, et charites, et capripedes Syluanæ
Et siluæ, et uirides sint mihi carmē aquæ,
Et Venus, et Veneris lateri lasciuus adhærēs,
Gaudia qui curis dulcia miscet Amor.
Cum glacialis hyems calidos extinxerit æstus
Naturæ libeat tunc mihi scire uias,
Immensumq; suis sectum regionibus orbem,
Quæq; malū spondent sidera, quæq; bonâ.
Non ego Virgilij maneis Acheronte ciebo,
Florida sacratoserta ferens tumulo.

ELEG. LIB. II.

Per me Maonides secura dormiet urna.
 Ascræo cineri uictima nulla cadet.
 O, tantum fauceas Umbri leuis umbra pœtæ,
 Cynthia si nostro semper in ore sonat.
 Tu caput hoc circum pennis allapsa sonoris,
 Ter strepe, procubens ter bona uerba canis;
 Deinde ubi Panchæo fumauerit ara uapores,
 Placatum Lethes & mihi numen erit;
 Aspersam lactis niueo te rore remittam,
 Cynthia ne charo uate sit orba diu.
 Ignauæ tenebræ, longiq; obliuia, seclis,
 Quæso soporiferas hinc cohibete manus:
 Hunc etiam Veneris seruat tutela libellum,
 Hunc etiam sacra lustrat Amor facula.
 Si tamen ista cadent senio defecta caduco,
 Et fiet nomen litera trita meum,
 Aequius occumbam si, post mea fata, superstes
 Nicolews frater, uixerit aut Marius.
 Vatis amor uates, germani gaudia fratres,
 Carmine fas uestro sit superesse mihi.
 Ingeniose Mari uentura in secula tecum
 Me tua Cymba uehat, non graue pœdis ero.
 Gymba, reudentem qua mutet Cypria conchâ,
 Quamq; columbino præferat ipsa iugo,
 At tu formosas Dryadesq; & Naiadas inter
 Rure tuo sedem da mihi Nicolews.

IOAN. SECUNDI.

Tu diuina canis Serrati culmina monti s,
 Is tibi monstrauit primus in astra uiam,
 Laurigerôq; cauas ferienti uertice nubeis
 Ad iuga Parnassi iam leue fecit iter
 Barbarus ad ripas nuper te Cynga canemem
 Audijt antiqui delicias Latij,
 Narcissum uitrei morientem fomis ad undam,
 Florem de riguis purpureum lachrymis,
 Omnes ut puerum suspirauere puellæ,
 Omnes ut puerum deperiere Deæ,
 Ut puer instanteis spreuit per rura puellas,
 Ut puer erranteis per nemora alta Deas.
 Quarum quæ flammis arsit grauioribus Echo
 Cantibus applausit Diua canora tuis.
 Ipse tuos numeros tenebris audiuit ab imis,
 Vritur & proprio iam magis igne Puer.
 Nec speculû Stygiæ modo cõsultat aplius undæ,
 Emicat in uersu pulchrior ille tuo.
 His allecta modis pridem superasse putatur
 Lata Pyrenæas Calliopæa niueis.
 At tibi promerito felix Hispania lauros
 Virgineas hortis seligat Hesperijs,
 Et tibi Cyngiades intexant ordine Nymphæ
 Narcissos lentæ puniceos hederæ.

ELEGIA II.

ELEG. LIB. II.

TEmpore cur dicto cessas Venerilla venire
 Ecce tibi thorus est, ecce parata Venus,
 Qualē Tyndaridi, spacioſa per æquora raptæ,
 Tutus in Iliaca ſoluit adulter humo.
 Ipſa Venus uiolis, & puniceis Amaranthis,
 Et totum Cyprio ſparſit odore thorum,
 Ipſe thorum face luſtrauit flammante Cupido,
 Transiliens agili candida fulcra pede.
 Quid ceſſas formoſa? tuum ſic ludis amantem?
 An magis, exiguo tempore diſcrucias,
 Obſequio ut meliore moram laſciua repenſes?
 Dilatusq; auida mente bibatur amor?
 Ah, nimium mihi tarda, & tarda tardior hora,
 Quā male dinumeras tēpora, quæ numero:
 Sed cur dinumeres, cum malis fallere amātem?
 Forſitan hæc alijs hora parata fuit.
 Dumq; ego blanditiasq; tuas, & roſci da mente
 Oſcula præcipio, multipliceisq; uiceis,
 Dum uacuum falſis complexibus aëra capto,
 Dum mea in abſenteis porrigo colla manus,
 Et, quæcūq; mouet ſtrepitū leuis aura pædeis,
 Dilectos Domine ſuſpicoꝝ eſſe pedes:
 Demulces alium tepido periura cubili,
 Cum quo diſperdas gaudia pacta mihi.
 Forſitan & de me, teneros motura cachinnos,
 Miſcetur ueſtris fabula nequitijs.

IOAN. SECVND.

Hei, quid in immeritā tā turpia crimina fingor?
 Credo equidē, facile isiā mouet illa gradus,
 Ianiq; pedem thalamus ponet cultissima nostris,
 Fallor: an in nostro limine latrat Hylax.

ELEGIA III

Flāmeolis mea lux oculis cū cūcta puras,
 Frigidius Scythica cur niue pectus habes?
 An malus ille Puer, terror matriq; Iouiq;
 Quod tam formosa es, lædere te metuit?
 Non metuit certe, taleis amat ille triumphos,
 Et formosarum uulnere semper ouat.
 Lumina sed radijs tua non cedentia Phœbi
 Idalias hebetant discutiuntq; facies.
 Ille dolet, rubor ora calens puerilia signat,
 Vix, ô, uix lachrymas lumina torua tenent
 Lente Puer, Matriq; pudor reditue dolenti,
 Mitte facem, iaculis hæc tibi præda uenit.
 Aut si formosum non uis transfigere pectus,
 Candida ne liuor membra cruor ue notet,
 Extinctas faculas Domine sub lumina mitte.
 Illa iterum flammam quas rapuere dabunt.
 Mox ubi languidulam carpet nocturna quiete,
 Clauserit atq; illi sidus utrumq; sopor,
 Ignaram totis surtim succende medullis,
 Hauriat et longum corde repente malum.
 At tibi

ELEG. LIB. SECVND.

At tibi si monitis ueniet uictoria nostris,
Sancte Puer, uatem mitius ure tuum.

ELEGIA QVARTA.

Chara meū gelida ferijt n:ue Lydia pectus
Dicebā flammis hæc, puto, tela carēt,
Næc caruere tamen, sub aqua latuere fauilla,
Flammaq; per uenas stillat aquosa meas.
Hei mihi, securi quā declinabimus ignem?
Frigore duratas si metuemus a quas?
Frigore fax nata est, tollitur frigore nullo,
Sperandum simili de face f.igus erit.
Sume pareis igneis, miserūq; leuabis amorem
Lydia, frigoribus semper acerba nocēs.

ELEGIA V.

Non tā mite mihi pectus Natura dedisses,
Calcaret nostrum nulla puella caput
Nec paterer toties tumidi ludibria uultus,
Iratisq; oculis oscula blanda darem,
Riualemq; meum Domina laudante probarem,
Adstrictus turpi sedulus obsequio,
Dura puella, puella meis indigna camœnis,
Alpinis animum frigidior niuibus,
Ementita tuæ facio præconia formæ,
Ut qualis non sis esse putere mihi.

IO: SECVNDI.

Te laudo uates, laudatam amplectitur alter
 Barbarus, & nostros arrigit ad numeros.
 Aspicio fractosq; oculos, & colla notata
 Dentibus, & quasso non bona signa thoro,
 Diceris interea, fateor, castissima nobis,
 Multaq; narramus de probitate tua.
 Tu quoq; mentitum ne me reor, ore pudico
 Respui usq; meas dura Neæra preces;
 Cumq; alijs toto pateat tua ianua poste,
 Mulus & è foribus lassus amator eati
 Vni casta mihi perstas, hæc præmia uates
 Debita pro fallo munere uanus habet,
 Heu crudelis Amor, tuq; ô, crudelior illo,
 Siue hostis, seu non, pulchra Neæra tamen,
 Tempus erit certe, curis cum liber amaris,
 Excutiam uestras despiciamq; facis.
 En mihi iam silices, en circum pectora ferrum
 Nascitur, & uinco uos quoq; duritie,
 Infidum genus, ah, nuper mea cura, puellæ,
 Mentis perniciës insidiosæ bonæ,
 Non ego uos posthac humili prece lentus adibo,
 Aspera q; obrutu uerba feram tacito,
 Læsus & a uobis, læsas uos esse fatebor,
 Et placatrices ipse feram lachrymas,
 Contemptusq; superba pedes ad limina cogam
 Inuitos, per eat quem iuuat ista pati.

Dura

ELEG. LIB. II.

Dura Neæra, Neæra meis indigna camænis,
 Alpinis animum frigidior niuibus,
 Non ego, cum ueniet pallæ melioris amator,
 Quælibet abscondã iussus in antra caput,
 Scilicet ut possis, diuis iurare uocatis,
 Per caput illius, perfida, perq; tuum,
 Illi te uiduas intactam ducere nocteis,
 Et tritum nullis limen habere uiris.
 Non ego, cum ueniet loculi grauioris amator,
 In famulas uerram basia nostra tuas,
 Scilicet ut ridens dicas, ignosce proteruo,
 Insanit famulæ captus amore meæ.
 Hæc quicumq; potest nullo perferre dolore,
 Idem Cauçaseas & tolerabit auéis.
 Sisyphij gaudens prouoluet pondera saxi,
 Tantaleæ sitiens non inhiabit aquæ.
 Ille premet gemitum, conclusus in ære Perilli,
 Ne det mugitus machina fumificos.

ELEGIA VI.

Saucius Aligeri languebat arüdine quondã
 Moxq; necis gelidæ spicula sensit amãs,
 Corpore in exanguie restabãt tela duorum:
 Hæc uulsura suum uenit, & ille suum.
 Vulsit Amor nigrum scelerata cuspide ferrum:
 Heu, quid agis: non sunt hæc tua tela Puer.
 C S Spicula

IOAN. SECVND.

Spicula Mors sumpsit manibus radiātia furuis,
 Cessit in aërias & male sana vias.
 Nec mora, digressi repetūt lachrymabile murg
 Ille suos quærit, quærit & illa suos.
 Miſſa peregrinis sparguntur uulnera neruis,
 Et manus ignoro sc̄uit utrinq; malo.
 Irrita Mors arcus ualidi molimina damnat:
 Plorat Amor teneras tam ualuisse manus:
 Donec, fallaci repetito sc̄pius ictu,
 Erroris sensit crimen uterq; sui.
 Fœdabant iuuenes primas in puluere malas,
 Oscula quas, heu, ad blāda uocabat Amor.
 Canicies uernis florebat multa corollis,
 Persephone crinem uulserat unde sibi.
 Quid facerent: falsas procul abiecere sagittas:
 De pharetra iaculum prōpsit uterq; nouū.
 Res bona: sed uirus Pueri penetravit in arcum:
 Ex illo miseros tot dedit ille neci.

ELEGIA SEPTIMA.

Alieno nomine, & in gratiam Consalui Pere-
 rij Hispani conscripta.

SI qua uenit summo positus in culmine rerū
 Illa ruina suo pondere magna uenit.
 Mitius infelix accusat fata colonus
 Arida depositum si male soluit humus.

Quam

ELEG. LIB. SECVND.

Quam si, maturis quæ iam flauēbat, aristis,
 Succumbat pluujs imbribus atra seges.
 Cum rudis à primo religauit littore funem
 Nauta, necaturas lenius haurit aquas:
 Idem, permensò patriam si uiderit orbe,
 Canaq; nauifragis fluctibus ora tegat,
 Heu, quæ non tumida iactat conuicia lingua
 Cæruleis Nymphis, cæruleoq; Patrie
 Expertus queror, ah, mendaci lusus amore,
 Non minor est illis nostra querela malis.
 Vrebat formosa meas Iustina medullas,
 Digna Iouis thalamis, sed magis apta mihi.
 Candor erat, qualē Veneris flos albus habebit,
 Purpureo Bacchi si natet in latice.
 Lumina fulgebant nixidis æ quanda lapillis,
 Quos niger Eoa colligit Indus aqua.
 Illorum ex acie torsit noua tela Cupido,
 Plusq; ait, hæc nostris arma furoris habēt.
 Vera Deus monuit, sed enim, quia dignior illa
 Nulla fuit titulum cladis habere meæ,
 Sustinui indomitas obiecto pectore flammæ,
 Sensus & ex tanto uulnere paruus erat.
 Sic aliquis, Bacchoq; animum furiatuſ & ira,
 Sumpsit ubi attonita feruidus arma manu,
 Irruit in gladios, & centum uulnera passus,
 Viribus infractis acer ab hoste redit,
Abster-

IOAN. SECVND.

Abstergens tepidos & pro sudore cruores,
 Quam sentire queat conspicit ante malum,
 Donec succiduo tellurem poplite quassans,
 Corruit, & fuso sanguine uita fluit.
 Repit Amor sensim totos infusus in artus,
 Suscitatur ut magnos parua favilla rogos.
 Pallorem nostri iam mirabantur amici,
 Demissosq; oculos, instabilemq; gradu,
 Ridentes gemitusq; meos, & inania uerba,
 Rorameisq; nouo saepe liquore genas,
 Nec mihi luce graues aberant neq; nocte dolores
 Nec mihi grata Ceres, nec mihi Bacchus erat
 Irrita lucebant obscuro sidera mundo,
 Cymbius obducta nube premebat equos,
 Et sine fröde frutex, et erat sine gramine cäpus,
 Et sine lucenti fons inamænus aqua.
 Umbra leuis tantum nostro de corpore mansit,
 Inter & extinctos annumerandus eram.
 Sola suis Iustina oculis pulcherrima uitam
 Reddebat muto, lene tuens, cineri.
 Gaudia tunc lucēsq; mihi nocteisq; ferebant,
 Grataq; erant Cereris munera, grata merita,
 Aurea fulgebant rutilanti sidera mundo,
 Formosus croceos Phœbus agebat equos,
 Fröde frutex uiridi, uernabat gramine cäpus,
 Et pellucidula fons saliebat aqua.

Hoc

ELEG. LIB. II.

Hoc est infandum quodcumq; uocatur amare,
 Sollicita alternis gaudia cum lachrymis.
 Nec fuit auxilio, quod mitigat omnia, tempus,
 Mutauit flammæ nec uia longa meas.
Ad finis ueni Latios, glebamq; feracem,
 Vectus Tyrheni per freta Thusca maris,
Pulsatus raucis ubi uocibus Appenninus
 Sæpe tulit questus in freta surda meos.
Austriacos uidi populos, ubi maximus Ister
 Cantatas gemino nomine uoluit aquas.
Quinetiam Hungaricæ me conspexere ruinae
 Flentem, non miseri tristia damna soli,
 Non furias hostis uicino Marte cruenti,
 Tædia difficilis nec sinuosa uia:
 Sed fastus Iustina tuos, o, durior illis
 Cautibus, æterna quas niue tundit hyems,
 Hinc quoq; Belgarū populosas uectus ad ora,
 Vnica cum Nato quæ Venus arua colit,
 Centum candidulas uidi per compita formas,
 Omneis innocuis, lux mea, luminibus.
 Est aliquid seruare fidem: miserata doloris
 Reddidit Hespericæ me Cytherea meæ.
 Tu quoq; fidorum iam non ignara caloris,
 Cœpisti nostris uicta dolere malis,
 Atq; aliquid sentire meis ad sine fauillis,
 Damnans longa tuæ tempora duritiæ:
 Nec

IOAN. SECVNDI.

Nec mora, iã cingenda dabas formosa lacertis
 Colla, dabas blandò murmure basiolum.
 Et quiddã haud tacitis permittēs matūs ocellis.
 Languebas fusa per mea colla manu.
 Hora breuis porerat coniungere molliter ambos
 Et dare concordia gaudia plena thoro.
 Basia nexilibus dũ iungimus humida linguis,
 Dũ uolat huc illuc missa proterua manus;
 Et sine mente oculi uoluntur utrinq; salaces,
 Dulciaq; ad Veneris sacra paratur iter:
 Ecce, pedem thalami feralem in limine ponens
 Improba propositum Laruia; upit opus.
 Det tibi, tristis anus, inopẽ Cytherea senectã,
 Et sero lacerum torreat igne iecur.
 Nec tibi contingat turpeis satiare furores,
 Semper at indomita more feraris equæ.
 Et, quæ tam sanctos uiolarunt lumina amores,
 Non unq; placida fessa regantur humo:
 Illa sed ante rogũ rabidi canis ira reucllat,
 Spargat desertis & lacerata locis:
 Colligat illa furens, magicasq; exusta per aras
 Carmine sacrilego dira fatiget anus.

ELEGIA OCTAVA. Ad lectulum.

Lectule, qui domini lentũ sine cõpare dulci
 Pondus habes, nullis conscie delicijs
 Heu;

ELEG. LIB. II

Heu, quæ torpentem somno me semper inerti
 Imposuit fulcris fors inimica tuis?
 Dignus es, & certè mecum felicior esses,
 Afflarat si me lenis, ut ante, Deus:
 Siue meo facilis penderet Iulia collo,
 Iulia feruoris prima fauilla mei,
 Altera seu mecum longas uariaret in horas
 Labra columbinis roscida basiolis,
 Difficilis nimium, nimiumq; infida Neera,
 Nec merito numeris nobilitata meis,
 Seu quæcunq; meis uersaret in ossibus ignem,
 Digna thoro facies, digna furore, meo.
 Non ego dedecori fierem tibi lectule mollis,
 Sponda ueterno sum nec tua ferret onus.
 Non Venerem malles nudo cum Marte iacentè,
 Dulcia nec uarij furta fouere Iouis.
 Nunc tristes unâ toto tabescimus anno,
 Inq; parem sortem te mea fata trahunt.
 Mollis Amor, terræq; Puer, cœliq; uoluptas,
 Quæq; uolas concha per freta summa leui,
 Languida qui blandis mordetis pectora curis,
 Vnde patens aër, unda solumq; uigent,
 Cur nos tam mihi cruciatis pectore uates,
 Aut nullo miseros, aut in amore malo?
 Optabam, memini, cum nuper amore uacarem,
 Vester in hanc animam ne foret ignis iners:
 Hæc

IOAN. SECUND.

Hæc mihi quã multos peperit uox una dolores?
 Traditus indignæ præda fui dõminæ.
 Illa tribus didicit ter eandem uendere noctem
 Improba, & exclusis sola cubare tribus,
 Dicere, iam uenias, uenientem fallere, seq;
 Esse domi clausa dissimulare sera.
 Scit bene qua iuuenis, scit qua moderatior ætas
 Et qua delirus ducitur arte senex.
 Quum uoluit, periura quatit singultibus ora,
 Et tepido lætas irrigat imbre genas.
 Quãuis munera amat, nõ profunt munera dactis
 Sed tantum longi sunt mala uincla mali.
 Qui dedit, hunc ueteres inter fastidit amãtẽs,
 Qualis in euersa stat uetus æ de Deus. cillis
 Qui modo dat, nimiũ nouus est, neq; dignus, ut
 Præferat hũc, iunxit quos sibi prisca fides.
 Semper habet, causã scur murena poscat amãtẽs,
 Semper habet, noctem cur dare lenta neget.
 Nam modo formosus puer est uenturus ad illũ,
 Ignea cui niueo fulget in ore rosa,
 Leuia cui nulla sor descunt inguina pube,
 Scilicet effecit quem modo primã uirum,
 Et modo in alterius se iurat amore perire,
 Nec uacuũ ad flãmas pectus habere nõ uas.
 Et modo tam nota nullum de plebe salutat,
 Ut semel est neruum experta tribunitium.
 Sæpe

ELEG. LIB. SECVND.

Sæpe grauem capitis causatur, pallida morbū,
 Sæpe noua signat relligione diem.
 Sæpe dolet, fictamq; ruens ignescit in iram,
 Baccha repentinis ut furit acta sacris.
 Licet, exhaustis oculis discedit amator,
 Licet, egregius iam subit ille puer,
 Curua labascemi frangens uestigia nixa,
 Dixisset Pylius quem, puto, Nestor auum;
 Vda sub hirsuta torpent cui lumina sylua,
 Herniaq; effœtis pendet ab inguinibus;
 Tolle tuas arteis, nimium cognouimus ista,
 Simplicius poteras dicere, uade foras,
 Et grauis es nobis, & sunt tua munera parua,
 Et nimium uera quæris amare fide.
 Si tamen haud fallit Phœbi cortina poëtas,
 Et sacer ætherijs uatibus ardor inest:
 Sera tibi ueniet fastus uindicta superbi,
 Aetatis teneræ crimina flebis anus,
 Cum tibi cœlatum laxis, pulcherrima, rugis
 Luridus inficiet pallor anile caput,
 Conductamq; trahens tremebundo pollice lana,
 Inuolues fuso stamina longa graui:
 Aspiciet lachrymas ridens Erycina senileis,
 Et leuis excussa plaudet Amor pharetra,
 Et iuuenes omnes, & me tua probra iuuabunt;
 Lux, precor, o, fato sit prior illa meo.

IOAN. SECVND.

Tunc ego candentis, Venus, ò, formosa, columbæ
 Ante tuas aras uiscera pura seram.
 Interea, flammis iecur hoc melioribus ure,
 Dum res, & uitæ tempora uerna sinunt.
 Me recreet placidi tranquilla Cupidinis aura,
 Sit procul ex animo turbida cura meo.
 Me iocus, & risus iuuet, incertiq; penates,
 Me lyra, me calices, me rosa iuncta mero,
 Me sine nube dies, & me sine nocte tenebræ,
 Et sine nox tenebris, & sine dote thorus,
 Rixa uacans odijs, & nullo uulnere bellum,
 Et matutino uicta sopore Venus.

ELEGIA IX. Ad Somnum.

Somme, tenebræ necis ignauissime frater,
 Et tantum uanis dulcis imaginibus,
 Parce meæ Domine natitateis claudere ocellos,
 Noctis promissæ dum breuis hora fluit.
 Pacta mihi est, nõ, Sõne, tibi: Cur improbe pennis
 Subrepens tacitis in bona nostra uolase
 Desine, si pudor est, onerare amplexibus atris,
 Membra Pyrenæa candidiora niue.
 Te sibi, deserto ducens suspiria lecto,
 Noctibus in uiduis multa puella uocat.
 Te uocat eneruis coniux formosa mariti
 Plurima, & instanti gaudia nulla negat,

Tunc

ELEG. LIB. II.

Tunc obscura putas tua, laesivissime, facta,
 Immunis quorum nulla puella fuit:
 Parua licet matris charis indormiat ulnis,
 Et rudis, & nulli contemnerata uiro,
 Te tamen experta est resolutis ægra medullis,
 Et frustra matris muta uocauit opem.
 Cuncta patent tibi, Somne, cubilia fo. mosarium,
 Nocte breui uigilet, scilicet, una mihi.
 Ipsa negat tibi se, cubitoq; innixa supino
 Erigitur, nostrum labitur inq; sinum.
 Sed rursum nitidos oculos deuicta remittit,
 Fraetaq; anhelanteis uox cadit in genitus.
 Quid faciã mea lux: quo te medicamine tãgam,
 Ut sopor iste tuo defluat ex animo?
 Nam neq; subducam lapsuroq; achia collo,
 Nec tibi stridenti uoce molestus ero,
 Nec digitis uellam digitos tibi, nec pede duro
 Urgebo suras, marmoreumq; pedem:
 Vda papauereo detergam lumina succo,
 Siue meis oculis, seu magis ore meo:
 Inq; tuum mcestus flectam suspicia nomen,
 Musabo magicis carmina lecta sonis,
 Quae mihi, Thesalici quõdam doctissima ritus,
 Nocte relucenti commemorabat anus,
 Cum me, custodes calcans secura iacenteis,
 Virginis intactum detulit in thalamum.

IOAN. SECVND.

Phryxæam uigilans seruabat bellua lanam:
 Seruabat uigilans aurea mala Draco.
 Tu quoq; fac uigiles, iuuenem complexa uirentē
 Delicias rapiat ne qua puella tuas.
 Somnus abit, sensi, leuiori pectus amatum
 Iam grauat illa mihi pondere, somnus abit.
 Iam fas est maiore sono cantare, nouumq;
 Mittere reclusas carmen in auriculas.
 Nondum Luna teres tetigit fastigia cœli
 Ardua, fraternis disita luminibus.
 Tu tamen ab pigro iam dudum immortua somno
 Turpe thoro pondus, me uigilante, iaces.
 Nil agimus, iam se dedet securâ quieti,
 Norit ubi roseum tam procul esse diem.
 Hospitis Oceani spumosa cubilia linquit
 Phœbus, & ardenteis in iuga cogit equos.
 Sidit Athlantæas Phœbi germana sub undas,
 Obtundunt aciem sidera uicta suam,
 Terq; dedit lucis signum cristata uolucris,
 Tu tamen assiduo pressa sopore iaces.
 Vxores iaccant sic, deformesq; puellæ,
 Quæq; parant lassis tædia fœda uiris,
 Tu mecum longa ludas, licet, o, mea, nocte,
 Et mecum longa deliciosa die,
 Inclinata sopor nunq; mea lumina soluet,
 Qui dormit, secum non habet ille suam.

ELEG. LIB. II.

O, nunc, o, uigiles, illud ne protinus addam,
 Quæ dormit, secum non habet illa suum.
 Hoc non admittes in te, dulcissima, crimen,
 Somnus iucundis iam fluet ex oculis.
 In niueo lapsos formauit pollice crineis,
 Lumina permulsi semireclusa manu,
 Et mihi bastolum strinxit trepidante labello,
 Quale uiro in somnis nulla puella tulit.
 Iam dormisse decet, iam te formosior ipsa es,
 Mollior ex oculis iam tibi flamma uenit.
 Sic, ubi nocturnos rupit Tithonia somnos,
 Purpureum flauo fundit ab ore decus,
 Sic nitet ambiguo Titan gratissimus ore,
 Cum se non totum nubibus exeruit.
 Talia per densos Myrti Latonia ramos
 Dejicit in tremuli lumina fontis aquam.
 Nunc licet intonsi ueniat sub imagine Phœbi
 Somnus, Athlantiadis uel gerat ora Dei,
 Exemplum Iouis, liquido nitidissimus auro
 Diffluat, aut niueo tectus olore gemat:
 Spernet Apollineos præ me Venerilla capillos,
 Mercurijq; genas, Mercurijq; lyram,
 Excludet gremio croceæ ludibria guttæ,
 Et frustra ad thalamos dulce queretur olor

ELEGIA DECIMA.

IO. AN. SECVND.

De secundis nuptijs Nicolai

Grudij fratris.

sché

A Equora sulcabat picta Venus aurea cō-
 Cui comes ardēti cū face Natus erat
 Aliger, aligera miscens fera bella sagitta,
 Illius latē pontus ab igne calet.
 Senserunt pisces infectas æ quoris undas,
 Nereidesq; imis delituere uadis.
 Ad magni tandem uenerunt ostia Scaldis,
 Diuertit cursus quo Dea sancta suos.
 Excipit, & Matrem senior ueneratq; Amorunt,
 Naiades glaucæ concomitantur heram,
 Iamq; suum Diua felix Anuerpia portum
 Pandit, & alliciunt mœnia clara Deam.
 Quæ postq; uiridi religauit ab arbore concham,
 Diuinum magna ponit in urbe pedem,
 Pone subito Puer arcitenens, acuirq; sagittas,
 Inflectitq; arcus, cui Dea mater ait:
 Nunc, age, tinge puer casto tua rela ueneno,
 Formosa est Vati danda puella meo.
 Grudius, Hesperia nuper bene cognitus ora,
 Narcissi miseras dum caneret lachrymas,
 Cæsareasq; aquilas per funera mille securus,
 Scriberet arcanis dum sacra iussa notis,
 Ad patrios redijt amissa coniuge Belgas,
 Impatiens uidit æ dia ferre thori

Iamq;

ELEG. LIB. II.

Tamq; etiam tædas hac ambit in urbe iugaleis:
 Digna meo res est, digna favore tuo.
 Ille meas dulci decantat carmine laudes,
 Et nostrum latè prorogat imperium.
 Vrbs hæc formosas nutrit cultasq; puellas,
 Et quibus est Vatis dignior una thoro,
 Que tantum reliquas formæ præcellit honore,
 A forma quantum uincitur ipsa mea.
 Dixerat, at rutilis subito secat aëra pennis,
 Virgineumq; Deus labitur in thalamum,
 Lectaq; Gnostiaca depromit tela pharetra,
 Figit & intenerum spicula casta iecur.
 Rursus & ætherias pennis sublatus in auras,
 Ad Iuuenem motis uenit Amor facibus,
 Atq; ait, ò, nostras tories experite sagittas,
 Hoc quoq; supremum nõ graue uulnus habe.

ELEGIA XI. Ad Carolum Catzium.

Carole incédos potuisti linqere amores,
 Terribileisq; tubas, & fera bella sequi:
 Crede mihi, non est armorum gloria tanti,
 Ut fleat ulla tuas mcesta puella uias.
 Siccine sperasti uitare Cupidinis arcus,
 Martia sanguinea dum capis arma manu:
 Falleris, absenteis maior premit æstus amãteis,
 Nullaq; sollicito prælia amore uacant.

IOAN. SECVND.

Deseruit charum nunq̄ Venus ignea Martem,
 Nec timet in castris accubuisse Deo.
 Casareas acies in primis Diua tuetur,
 Aeneaq; genus, progeniemq; suam.
 Tu licet extremos properes bellator ad Indas,
 Ad latus usq; tuum callidus ibit Amor,
 Induet & galeam, surasq; includet in ære,
 Et sparget tenera tela cruenta manu.
 Difficile est pugnare Deo, quo longius ipis,
 Erronem tanto durius uret Amor:
 Inq; acie media, dum fulgurat ægide Mauors,
 Occurret dominæ tristis imago tibi,
 Tum pugnae oblitus, Martemq; exosus acerbum,
 Malles in molli bella mouere thoro.
 Ah, pereat duros primum qui protulit enseis,
 Ille fuit ferro durior ipse suo.
 Ille autem scelere ante alios immanior omneis,
 Tormenti inuenit qui genus arte noua
 Infandum, horrendum,, dirū tremuere quod ipse
 Eumenides, & rex horruit ipse Erebi.
 Quâ ruit, occumbunt urbes, syluaq; tremiscunt,
 Turbatiq; sonat regia uasta maris.
 Non sic irata iaculatur fulmina dextra,
 Nec tonitru cælum Iuppiter omne quatit.
 Excutit in genteis immani pondere moleis,
 Inuolucens fumo nigricolore diem.

Quid

ELEG. LIB. TERT.

Quid falso innocuum tonitru Salmoneæ damnas
 Iupiter iste tuo fulmine dignus erat.
 At tibi dent, fama clarum, spolijsq; superbum,
 Ad patrios superi posse redire laeis.
 Vt uotiva Deum suspendas munera templis,
 Armaq; & ereptas hostibus exuias.

 IOANNIS
 SECUNDI HAGIEN. ELEGIA-
 rum Liber Tertius.

ELEGIA PRIMA.

CArminibus potuit torrentia sistere quoddã
 Flumina, & arrectas sæpe tenere feras,
 Carminibus rigidas potuit deducere quercus
 Orpheus, & celeres continuisse notos.
 Carminibus durum potuit mollire Charontem,
 Adplicuit ripæ protinus ille ratem.
 Carminibus potuit, qui seruat per uigil atra
 Limina, ter geminum per domuisse canem,
 Carminibus mulcère Hecaten, mulcère Sorores,
 Sistere & anguinæ sibila dira comæ.
 Carminibus potuit crudelem flectere regem,
 Tristiãq; inferni soluere iura fori.

P

S

Carminibus

IOAN. SECVND.

Carminibus tandem uicta omnis turba, petenti
 Euridicen Vati restituere suam.
 Sed non carminibus potuit reuocare relapsam,
 Nec rata tartarei fallere pacta Dei.
 At, bene si cautus, quod carmine fecerat ante,
 Muneribus stygias sollicitasset anus,
 Munera Plutoni, Rhadamantho dona dedisset,
 Sensisset facileis in sua uora Deos;
 Irrita lex fuerat, fuerat mox reddita coniux,
 Et fuerat rursus lex data nulla uiro.
 Orpheu, quid tantum tua carmina posse putabas?
 Ut non credideris munera posse magis?
 Iupiter ad Danaen non carmina inania misit,
 Misit in optatos aurea dona sinus.
 Illa, leueis fuerat quæ reiectura Camœnas,
 Cœpit inauratum læta fouere Deum.
 Carmina, formosis olim haud ingrata puellis,
 Iam pridem uacuum nil nisi nomen habent.
 Munera sola beant, sola addunt munera formam,
 Munere sollicites Pallada, Cypris erit.
 Carminibus falsos, Vates, meditabere amores,
 Cantans ad surdas carmina uana foreis:
 Muneribus dulcis mercabitur intus amores
 Barbarus, & ludet teq; tuosq; sonos.
 Munera fecissent cunctos ex ordine sponfos
 Participes thalami Penelopæa tui,

ELEG. LIB. TERT.

Sed non dona dabant, uel, si tibi dona dederunt,
Falsa tuæ fertur fama pudicitiae.

ELEGIA SECVNDA.

Ad Carolum. V. Romanorum Imper.

P. F. A.

CArole qui solus patuli simul omnia mundi
Inuicta poteris regna tenere manu,
Ni, fortuna fauens, sibi non uoluisset abesse,
Quo posset charum sæpe beare caput:
Hoc quod adest signum, uenit à sculptore poeta:
Concedes ueniam si minus artis habet.
Ex una Herculeas spectabis parte columnas
Stare procelloso, quæ tua signa, mari.
Pars tenet Augustum felicior altera uultum:
Hunc quid defixis ipse stupes oculis?
An quid in hoc subito uenerandum, lene, decorum,
Et, quod plebeium non queat esse, uides?
Scilicet, ista tui est, mitissime Cæsar, imago
Oris, at, heu, digiti quam polièrè rudes.
Lysippi manibus fuit hæc formanda, uel illis,
Pallada quæ priscis, & posuere Iouem.
Tunc poterat uultus inter lucere deorum,
Inuidiosa Deis, inuidiosa Ioui.
Nunc, mea cū fecit manus hæc temeraria, quæta
Maiestas operi, gratia quanta perit:

Illæ

IO: SECVND

Illa tamen poterit, qualis sit cumq;, remotis
 Testari populis de pietate tua,
 Atq; tuis præstare fidem per sæcula gestis,
 Inter & historias, Cæsar, habere locum:
 Qualis enim quisq; est, qualis fuit, indicat oris
 Forma, gerit certas pectoris illa notas.
 Arguet æternum crudelia facta Neronis
 Ex fuluo quod adhuc ære numisma manet,
 Illud habet dextram cognata cæde madentem,
 Signaq; materni sanguinis illud habet,
 Urbis opes dominæ flagranteis igne nefando,
 Torq; necatorum corpora trunca patrum,
 Sic, uultus si secla tuos uenientia cernent,
 Et pietas illis, & tua nota fides,
 Relligioq;, & mens obseruantissima iusti,
 Nulla licet de te charta loquatur, erit.

ELEGIA TERCIA.

In libellos Catulli Tibulli &

Propertij.

INtemerata uides linguæ monimenta Latina,
 Delicias dominæ lautitiasq; togæ.
 Scilicet, heic omne est, colles audire Quirini
 Molle, uel argutum quod potuere prius.
 Heic & Pompeia spatiaris serus in umbra,
 Subq; tuos oculos multa puella uenit,

Lxxe

ELEG. LIB. TERT.

Laxa comam, religata comā; distincta capillū,
 Culta, nigris oculis, crine decora nigro,
 Inter quas prima procedit Lesbia pompa,
 Passeris interitu nunc quoq; mæsta sui.
 Torq; tibi blando promittit basia uultu,
 Lenis amatori quot dedit ante suo.
 Proxima progreditur lasciuo Delia passu,
 Felicem Nemesis quam prope radit humum:
 Fortunatae ambæ, quarum sacra fama uirebit,
 Pectora dum uatum paruus aduret Amor.
 Cynthia deinde, potens oculis iaculantibus igne,
 Subsequitur Coa mobilis in tunica.
 Hæc domuit fortem, tactumq; Cupidine nullo,
 Et fastus spoliū celsa tuentis habet.
 Tu quoq; qui cernes, caue ne lædaris ab illa,
 Spirat adhuc flammæ, & sua tela gerit:

ELEGIA Q_VARTA:

Ad Ioannem Dantiscum, Episcopum
 & Poëtam.

Regis honos uenerã de pijs, cui dulce sonantē
 Barbitos argutis tinnit in auriculis,
 Cuius temporibus & laurus & infula certant,
 Hæc premat ut sacras, & premat illa comas.
 Sit tibi uita diu, nec te Dantisce malignis
 Inuoluat tenebris illa nec illa dies.

Inuiolata

IOAN. SECVND.

Inuiolata tuos extendat fama labores;
 Atq; alia, atq; alia in sæcula serpat anus.
 Fragmina qui pius & cineres legis extinctorū,
 Corpora de tumulis & rediuiua uocas.
 Per te Mercurium Scaldis post fata canentem
 Audiet, attonitas & reuocabit aquas.
 Per te Mercurium noscet, notumq; loquetur,
 Quæq; riget cano pallida turba gelu,
 Quæq; trahit nigrum uicino sole colorem,
 Quæq; poli repida sub regione iacet.
 Viue diu, præsul uenerande, & uiue suauē,
 Inq; leuem flatum cum tenuatus eris,
 Ipse tibi Phoenix iteratæ tempora uitæ
 Produc, magnanima mence, canore pio.

ELEGIA QVINTA.

In reditum Erasmi Roterodami ad Belgas;
 sed falso nunciatum.

Ad patrios sineis uenit grædæus Erasmus
 Venit amor recti, uenit & ipsa Fides.
 Venerunt Charites, & uincta Sororibus octo
 Floribus instrauit Calliopæa uiam.
 Dicite, quæ primum sacro pede contigit aruas
 Perpetuo lauros illa hederasq; ferant.
 Dicite, quo primum clausit uestigia uallo:
 Semper honoratus sit locus ille mihi.

Sine

ELEG. LIB. TERT:

Siue uiam terris carpsit, seu flumine curuo
 Vexit adoratum cymba beata senem,
 Et nullo intactæ lædantur uomere terra,
 Et semper nitido gurgite flumen eat,
 Sole nec arescat, gelidæ neq; sidere brumæ
 Aspera concretas ungula pulset aquas,
 O, tanti quæ terra uiri cunabula seruas,
 Debita Dijs magnis cum prece thura referi
 Et pete, qui uenit uestris ne cedat ab oris,
 Ad cœli donec sidera serus eat:
 Ut, cunis quæ læta sacris per secla superbis,
 Accedat titulis nobilis urna tuis,
 Ad quæ longi quus toties lachrymabitur hospes,
 Inspargens tenera clara sepulchra rosa:
 Et dicet, felix quæ talem terra tulisti.
 Tu mihi uel magno non minor es Latio,

ELEGIA SEXTA. De Vere,

EN modo, post imbreisq; uagos, gelidasq;
 pruinas,
 Permutat sedeis aspera bruma suas,
 Iamq; nouo Antipodū perstringit frigore gæteis,
 Et uehitur Borea per noua regna graui.
 Interea niueis aduentant tempora pennis,
 Illa quibus uenium dulcia nulla magis,
 Tempora quæ Veris nomen sortita beati,
 Iure sibi primum promeruere locum.

Iam

IOAN. SECVND.

Iam libet umbrosa recubare sub arbore lentum
 Rauca ubi perpetuis unda susurrat aquis,
 Et canere auriti stupeant quæ carmina Fauni,
 Carmina declineis quæ remorentur aquas
 Aut tumidos magni uersus recitare Maronis,
 Carmina Pindarici uel numerosa senis,
 Vel legere infestas qui Cæsaris innotat iras,
 Et deflet Magni colla resecta sui:
 Cernere uel teneris quæ det præcepta puellis,
 Quæq; uiris, media dignus in urbe mori,
 Quæ Pueri molli uoluit Venus esse magistrum,
 Naso, Tomitana non tumulandus humo.
 Vel quæ lasciuæ dat musa iocosa Catulli,
 Dicere uel numeros culte Tibulle tuos,
 Aut audire suos recipientem molliter igneis,
 Versibus à cuius Cynthia nomen habet:
 Et quoscunq; alios Musæ docuere canoræ
 Dicere quod menteis anxietate leuet.
 Iam libet & curuos inflectere uiribus arcus,
 Certa q; in oppositum figere tela scopum.
 Iam campis errare libet florentibus, & per
 Aëris incertas spargere tela uias.
 In noua iam niuei mittuntur pascua tauri,
 Lanigeri saliant per noua prata greges.
 Nocturnumq; gelu iam matutinus Apollo,
 Ridet, & in liquidas omne resoluit aquas.
Lamq;

ELEG. LIB. TERT.

Iamq; focum agricolæ fumosaq; tecta relinquunt,
 Rusticaq; in tepido gramine turba iacet.

Arboribus muti Zephyrus iam flamine reddit
 Præripuit Boreas quas uiolentus opes.

Et modo quæ iacuit rigidis obducta pruinis
 Terra, nimis uultu, conspicienda fera,

Iam uario herbarum & florum depicta colore,
 Vicinum latè complet odore locum.

Iam, tremulus multo qui sedit tempore, passer,
 Gaudet delicijs incubuisse nouis.

Iamq; reuecta suis rostrata ciconia uentis,
 Hospitis antiqui culmina nota petit.

Desertosq; lareis peregrina reuisit hyrundo,
 Prima tepescentis aduehit illa dies.

Quæq; diu gelidæ siluit per tempora brumæ,
 Integrat dulcè iam philomela modos.

Et tu sturne loquax cunctas imitate uolucris,
 Vno q̄ uarios reddis ab ore sonos?

Deniq; tam placidis passim aspirantibus auris,
 Assumunt habitus cuncta reuecta nouos.

Nimirum talis tenui spirare susurro
 Semper in Elysijs creditur aura locis.

O, fortunatas tali sub tempore terras,
 Tempore quo nullum lætius annis habet,

Si non, quisquis erat, quondam uoluisset iniquus
 Gaudia tam magnis hæc temerare malis.

IOAN. SECVND.

Nomen enim, factumq; nocens utcuq; tacebo,
 Dum modo deuoto carmina dira canam,
 Carmina quæ sæuis dent præmia cõsona factis,
 Quæ moueant magnos, ter repetita, Deos.
 Dij facite, Elijs procul ut distractus ab aruis,
 Incolat æternos tristia regna dies.
 Atq; illic siccamq; sitim ferat usq; famemq;
 Et capiat sortem Tamale prisce tuam,
 Tuq; satur sedeas, poma ille fugacia capiet,
 Et capiet liquidas, nec porietur, aquas.
 Aut epulis potius multis ante ora paratis,
 Non ausit ueritas uel tetigisse dapes.
 Quin mox illa simul furiarum prima recumbens
 Surgat, & ultricem tendat in ora facem.
 Tandẽ Erysiythonia rabie compulsus edendi,
 Dilaceret maneis si queat ipse suos,
 Sic tamen, ut nequeat sibi mortẽ inferre secundã,
 Nec finem tantis imposuisse malis.
 At nos interea pieti florentia ueris
 Tempora gaudentes transilijse iuuet.

ELEGIA SEPTIMA.
 AD HIERONYMVM MONTIVM
 MEDIOLANENSEM PRO
 acceptis ab eo Epitaphijs ac Ele-
 gijs quibusdam.

Festus

ELEG. LIB. TERT.

Fessus eram, & sensi grauioris tædia curæ,
 Obtulit ante oculos se Dea bina meos:
 Altera, lugubrem prætendens mœsta cupressum,
 Scalpebat memores in caua busta notas:
 Altera fragrabat myrti genialis odore.
 Sancta Venus, quanto clausa decore fuit?
 Vtrâq; uisa mihi prius, utraq; culta libenter,
 Et fuerant requies pectoris una mei.
 Rorantis sed enim species diuina capilli
 Diffusiq; sinus, purpureæq; genæ,
 Penè mihi abstulerant uultus discrimina noti,
 Cum subito taleis reddidit una sonos,
 Imparibus tibi nota modis Elegeïa pridem,
 Ebria cum caneres lumina mollis heræ,
 Quæq; tuas curas, & quæ tua gaudia noui,
 Adsum, ait, ornatu ne mouere nouo.
 Virginibus Latijs crineis ita uoluere mos est,
 Illis & tenuis aura mouet tunicas,
 Illis & tereteis distinguit purpura mallas,
 Multus & arguto gutture spirat odor:
 Adsumus Italia, taleis nos terra remittit
 Aurea, quæ nobis patria sola manet:
 Quæ cineres mutos Vatum uenerata priorum,
 Quos fouit gremio Dædala Roma suo,
 Patturit usq; nouos, & Iura tuetur auita:
 Qualis erat, cœli qui peragrauit iter,
 E 2 Mobilium

IOAN. SECVND.

Mobilium decreta canens immota rotarum
 Pontanus, cuius laudibus aura sonat.
 Pontanus, puerum docui quem prima sonare
 Alitis Idalij uincula, tela, faceis.
 Qualeis Sirozigenæ laus, & duo sidera gentis,
 Ille decus nostri, uel decus ille chori,
 Ille pharetrati uel fama Cupidinis ille,
 Quorum per populos nomina iuncta uolant;
 Quid referā Graia genitum de stirpe Marullū,
 Aptanrem Latij Dorica sacra modis;
 Quid Bembimagniq; Vidæ quid nomē, & Actis
 Et quorum titulos nulla recondet humus;
 Alciatumq; meum patrijs qui tractus ab oris,
 Alteriusq; Deæ sacra uerenda colens,
 Non tamen illarum uestigia mouit ab hortis,
 Nascentem placidis quæ rapuere oculis,
 Qui, docta cum gente sua, facit, ut sit & ista
 Vrbs Biturix nostræ non aliena uia.
 Talia dicebat, uel talia dicere uisa est,
 Mouit inæqualeis & Dea læta pedes.
 Cumq; sorore sua murmur modulata canoris
 Fugit, & ambrosio sparsit odore locum.
 At mihi subsiluit grauibus mens eruta curis,
 Visus & ex illo purior ire dies.

ELEGIA OCTAUA.

De pace

ELEG. LIB. TERT.
DE PACE CAMERACI FACTA,

inter Carolum imperatorē & Fran-
cisū Galliaē Regē. Anno

1. 5. 2 9. (Gallo,

EN rata magnanimo cū Cæsare fœdera
En per fœmineas fœdera pacta manus
Dicite, iō, iuuenes, & iō, bis dicite cani,
Et pellat curas fœmina uirq; graueis.
I procul obscuras Mars ferree Ditis ad umbras,
Aufer & hinc furias seditiose tuas.
Te Bellona ferox, teq; hinc discordia demens
Proripe, & accensis ira superba genis.
Prodit ab astrifero, tandem, optatissima cœlo,
Laureola placidas Pax rediuita conas:
Altera cœruleæ ramum prætendit oliuæ,
Effundit fruges altera larga manus.
Sūt comites, superos quæ quoddã Astræa petiuit,
Impia sanguinei bella perosa Dei,
Quamq; licet iustæ germanam dicere Diuæ,
(Ah nimis arcani prodiga Diua sui)
Incorrupta Fides, niuea circumdita palla:
Et uos Pierij turba nouena chori:
Quis inter medius radianti uertice phœbus
Increpat argutæ fila canora Lyræ.
Hos procul a tergo gressu titubante secutus,
Mercurio cœcus cum duce, Plutus adest.

IOAN. SECVND.

Quæ Puer, Idalijs specularis è uertice montis,
 Plaudit Amor pennis, & sua tela nouat:
 Desuetasq; nouo uireis explorat in arcu,
 Ipsa nouam pharetrã cui ligat alma parës:
 Ergo, age, Pauperies cunctorum causa malorũ,
 Quæ patrare iubet omnia, quæq; pati,
 Et sua dens mala cuncta Fames, spinosq; Cura,
 Luctusq;, & tenebris Mors fera cicta nigris,
 Ite per extremas gemeis, atq; ite per undas,
 Nulla ubi, q̄ rabidis, sint loca trita, feris:
 At uos in falceis gladij nunc ite recuruas,
 Atq; aciem in flauas uertite frugis opes.
 Quiq; prius rigidas clypeus decusserat hastas,
 Nunc habilis paleas uentilet ille leueis
 Et modo quæ pressit fugientia lancea terga
 Scindat frugiferam uomet aduncus humum.
 Vos qui bella prius, Iuuenes ætate uirentes,
 Gessistis cruda sanguinolenta manu,
 Pro dura galea, roseis ornate corollis
 Tempora, pro tubis sumite plectrã manu.
 Bellaq; lasciuus nocturna mouete puellis,
 Figite & optato uulnera grata loco.
 Signentur memori felicia tempora uersu,
 Tēpora solenneis iter habēda dies. (fVLste
 LVX SIMVL aC feLIX aVgVSI qVlntare
 ProdIt & popVLI paX bona Lōga tVLI.
 Elegia

ELEG. LIB. TERT.
ELEGIA NONA. IN MOR-
bo Andreae Alciati.

Sic est, humanae legem transcendere sortis,
Fata uetant omnes, cœliuagæq; rotæ.
Consortemq; pati Diuûm gens inuida non uult,
Atq; uiros gemina deijcit arte polo,
Debilibus morbis, & morbis morie propinqua,
Cui Nox & fuscas stat Sopor ante genas,
Alciatus languet: quid nunc iuuat omnia scire,
Et fama populos ire per & maria,
Febris in angusto quem uersat pallida lecto?
Diua sacrum Musis lædere parce caput,
Tunc ego te dicam posuisse cubilia cœlo,
Semper ubi niueo semita lacte fluit,
Non Stygias inter Furias in ualle profunda
Degere, quâ Bello stat domus, atq; Fami.
Et tibi uotiuas persoluam carmine laudes:
Tu modo de sancto limine tolle pedem.
Sic tibi, nec macies, nec sit tibi pallor in ore,
Siccaq; profusa labra rigeris aqua.

ELEGIA DECIMA.

HEi mihi, curarû cur me tam læta fatigant
Põdera: Mensq; suo uicta dolore iacet:
Anne, q; extremas fato propellor in oras,
Aurea quâ flauis splendet arena Tagi,
E 4 Visurus

IOAN. SECVND.

Visurus populos quos Sol uicinus adurit,
 Dum parat occiduas amne lauare rotas?
 At qui tunc alacer soleo uegetusq; uideri,
 Effet in aspectu cum uia longa meo.
 Libera nec curis unq; magis ocia duco,
 Quam cum dura premo terga fugacis equi.
 Nec mihi formosis iniecit uincla lacertis,
 Pendet & a collo nulla puella meo,
 Quæ mihi blanditias & uerba minantia dicat,
 Ominaq; in nostrum tristia fingat iter,
 Quæ mihi cum lachrymis conuicia fundat eunti,
 Asperet & magnos in mea damna Deos,
 Talis nulla meis injedit cura medullis,
 Et tamē, heu, quātus pectora languor habet?
 Dij, nostri tutela, Lareis & numina ripæ,
 Quam curuus flaua Delus inundat aqua,
 Tuq; Geni, tu sancte Geni prænobilis urbis,
 O, quæ sera meos accipiat cineres,
 Irrita sint, precor, hæc animi præsagia mæstis,
 Vecta te pescenti per freta summa noto.
 Et mihi quas doleam natas exponite causas,
 Ne tuba uenturi sit dolor iste mali.
 Sic ego: muscoso genitor sic Delus ab antro,
 Intextus placidas fronde fluente comas,
 Quot pisces uada nostra colunt, quot gramina
 Mollia nexilibus luxuriant folijs,

(ripis
 Tot

ELEG. LIB. TERT.

Tot tibi sunt causæ, Iuuenis, ne quære, doloris,
 Ab nimis in curas ingeniose tuas.
 Sacram urbem Veneri, Phœboq; patriq; Lyæo
 Linqvis, & ignotum curris in exilium,
 Vt uideas alio populos à sidere tostos,
 Et repetas uotis multa relictâ tuis,
 Suspires matremq; piam, fratresq; suauis,
 Et germanarum pectora chara trium,
 Et longe ante alios dulcem de fratribus unum,
 Pars sine quo uitæ non ijt ulla tuæ.
 Adde tot unanimi iunctos tibi corde sodales,
 Adde & honoratos tot tibi iure uiros,
 Quos inter, primo Craneueldius ordine, pro te
 Votis æternos sollicitat superos.
 Proximus insequitur patrio Mularius amore,
 Antiquaq; colens teq; tuosq; fide.
 Hæc igitur linques, & te mirare dolentem:
 Curq; iniussa tuo lumine gutta cadat:
 Desine uenturis mœrorem ascribere fati,
 Par esse instanti non ualet ille malo.
 Dixerat, & cum uoce caput depressit in undam,
 Raraq; turbatæ signa reliquit aquæ.
 Omine quo gaudens, sensi mitescere curas,
 Et mutata nouus uenit in ora color.
 At uos iucundi, charissima turba, sodales,
 Mens quibus a nobis non aliena fuit,

IOAN. SECVND.

Quiq; meos lusus, & qui mea seria nosti,
 Cultor Apollinei Petre iocose chori,
 Moribus & niueis cultissime Carole, quorum
 Arguet immemorem me neq; summa dies,
 Viuite felices, dum me tenet ultima tellus,
 Viuite seu uiuam, uiuite seu moriar.

ELEGIA VNDECIMA

ARragonũ mōtes, excoctaq; gypsa calore,
 Aruaq; nec Baccho cognita, nec Cereri,
 Nullus ubi, trepidantis aquæ confinia circum,
 Frigerat humidulo gramine cespes humum,
 Aura ubi Phœbæas contra flans irrita flammās
 Ipsa calet, motas conduplicatq; faceis.
 Rara comis ubi luxuriat frondentibus arbor,
 Rara stat artifici marmore fulta domus.
 Sed miser excisis in rupibus incola uiuit,
 Et crescit toto nil nisi spina solo,
 Et pauca ficus, & non hic grata Mineruæ,
 Arida liuenti languet oliua coma.
 Quando erit, ut uestris liber de finibus, arua
 Et tua flaua Ceres, & tua Bacche petam?
 Multus ubi trepidantis aquæ confinia circum
 Frigerat humidulo gramine cespes humum?
 Aura ubi Phœbæos mitissima temperat igneis?
 Demulcens flabris aëra frigidulis?

Densa

ELEG. LIB. TERT.

Densa comis ubi luxuriat frondentibus arbor?
 Multa stat artificii maris ore fulta domus?
 Tunc ego procumbens myrti genialis in umbra,
 Calculus argutas quâ strepit inter aquas,
 Carmen Diua tibi gratus Fortuna dicabo,
 Quod trahat agricolas ad loca blâda Deos.

ELEGIA DVODECIMA

In Cæsaream Augustam
 urbē Arragoniæ.

(sic

Nobile ab Augusto nomē cui Cæsare m̄-
 Vrbs uetus, Heroū quâ posuere manus,
 En tibi uictriceis undarum porrigit undas
 Maximus Hesperias inter Iberus aquas.
 Te Dominā ueneratur, & hæc tua mœnia seper
 Stare iubet ripa, dum fluit ipse, sua.
 Limina regificis surgunt tibi mille columnis,
 Nubilaq; aërijs turribus alta quatis.
 Te blandis, te molliculis Cytheræa puellis
 En beat, Augusto proq; nepote colit. (susc
 Hei mihi, cur nutris pullas lachrymosa cupres-
 Grata magis Phœbo nō satis arbor erat:
 Serta dares ut læta tuo uiciricia regi,
 Qui tibi Barbarico uictor ab hoste redit:
 Rex idem, Cæsarg; idem, mitissimus idem,
 Qualis ab Augusti non fuit imperio.

Elegia,

IOAN. SECVND.
ELEGIA DECIMA TERTIA.

In Romanum Cardinalem Tole-
tanum iter facientem
Compostellam.

CApripedes Satyri, quibus est tutela uirorū
Lōga per externos quos uia iactat agros,
Facundo soboles non inficienda parenti,
Cui micat in flauis aurea penna comis.
Seu nemus argutū, seu uos iuga montis adorant,
Sine susurriferis flumen arundinibus,
Dicite, num uestras equitatū duxit in umbras,
Nū sacer ad uestras constitit hospes aquas,
Ille cui Latia circum uelata galero
Candescunt leni tempora canicie,
Qui regit æquatis Hispanum legibus orbem,
Ocia pacatis festa parans populis,
Præsule quo celsi spirat nunc ara Toleti
Suauius, & fumo dexteriore calet.
Vos iterum Satyri, mixti leuibus Satyriscis,
Et nemorum, Satyris præda cupita, Deæ,
Ipsū ego si quondā, per uerna crepuscula, uidi
Pana Deum, socijs unicus è pueris,
Cum teneri patrijs discursarem in hortis,
Cypridis ad Lucum qua uiret Haga mea,
Sedulū & seras inflaret quisq; cicutas,
Et quateret parua tympana parua manu,
Si puerū

ELEG. LIB. TERT.

Si puerum primo afflastis me numine Vatis,
 Ut canerem sylvas, flumina gramen, auceis,
 Vosq; meo capiti gestamina prima dedistis,
 Gratiôr & lauro tunc mihi primus erat,
 Dicite, quo uultu: quonam fuit ille colore?
 Ardores capiti num nocuere sacro?
 Quid: rabiosa Canis, Nemeaîq; ira Leonis
 Nubila quæ radijs opposuere suis?
 Cynthius insano furiatum sidere currum
 Carmine quo domuit: quæue liquoris ope?
 Ardentem ne globum liquidi tulit orbita lactis?
 Fluctus an excelsi stellifer Eridani?
 Qui dominum montes: quæ sunt arbusta secutæ?
 Adblandita leuis quæ fuit aura Seni,
 Vnius à facie fumosum pulueris imbrem
 Discutiens udis roscida flaminibus?
 Quæq; cateruatim uolucres mulsere uagantem,
 Surgeret æool lux ubi flaua thoro?
 Quotq; locis fontem uenienti uena reclusit,
 Quã prius ï tenebris parca premebat humus?
 Quos cecinere modos: quas ducta uere choreas,
 Obuia fontanas numina propter a quas?
 Hæc ego uidissem, uestigia lætus adorans
 Mitis Heri, magnæ pars quotacunq; domus.
 Narrassem cupidis & multa reuersus amicis,
 Et testata meis plura forent numeris,
 Importuna

IOAN. SECVND.

Importuna meis ni febris in ossibus hærens,
 Vinxisset tristi compede uota mea.
 Tecum magne tamen Princeps securus abessem!
 Semideum comites, non grauat ira Deum.

ELEGIA DECIMA

QVARTA.

Ad Ioannem Statium.

QVô tã præcipiti rapitur mihi Statius alt?
 Et tantũ uisam deserit Hesperia? (ras
 Barbara num Tellus gentiq; aliena Latine
 Facundum Ausonio non capit ore uirum?
 Quô fugis, ah demens, medijs Aquilonibus anni,
 Omnis cum glacie mortua torpet aqua?
 Flumina non metuis niuibus crescentia: quæq;
 Sparsa Pyreneis nix iacet alta iugis?
 Nonne times gelidum Capricorni sidere cælum?
 Quasq; puer largas Phryx modo fūdet aquas?
 Nymphæ q̄s Tagus, et magnus ueneratur Iberq;
 Quas Cynga, & Sicoris ripa uetusta colit;
 Cogite torrenteis laxis de fontibus amneis,
 Quadrupedẽ præceps qua feret ille gradum;
 Perplexis Dryades fugitiuum inducite syluis,
 Nescius ut repetat, qua fugiebat, iter.
 Eã hedera nexis religatum brachia nodis
 Erronem, nostris sistite liminibus.

Sed

ELEG. LIB. TERT.

Sed cur dilecti remoramur uota sodalis,
 Quem uocat ad patrios Belgica terra laeist.
 Pro cuius reditu moriens Antonia curis
 Sollicitat multis numina cum lachrymis,
 Praecipue, hortorum custos membrose uirentum,
 Suspendit peni grandia serua tuo,
 Ne quid ab Hispanis sua mentula laesa puellis,
 Aridior redeat languidiorue domum:
 Haec, tot culta procis quot Penelopen adamabant,
 Vnum conqueritur tristis abesse tamen,
 Sub cuius tunica quiddam neruosius esse
 Credit, quale nihil grex popularis habet.
 Ergo felici cursu patriamq;, domumq;,
 Et Dominam, & Dominae basia blanda pete.
 Mox ad Sarmatiae proceres, gentemq; uirilem,
 Quam penes est unam priuata tenaxq; fides,
 Gorcanumq; tuum contendas, alite fausto,
 Maximus ille armis, maximus ille toga,
 Cuius & Hesperias migravit fama per oras:
 O, quanta est uirtus buccina lausq; sibi:
 Et quantum est coluisse uiros, quorum ore disertio
 Saepe patet uirtus, quae latiuera fuit:
 Quorum de Borea uox exauditur ad Austrum,
 Transit & aëas, occiduasq; domos,
 Ignauoq; rogo & tenebris nigrantis Auerni
 Educit celebres in noua secla uiros.

Sic

IOAN. SECVND.

Sic quoq; Gorcanus (namq; hoc te teste moretur)
 Siue meo uiuet munere, siue tuo.
 Hunc pete, nã te iam desyderat, & tibi pridem
 Dolia quadrimo seruat onusta mero.
 Iam non te stupida teneant Aquilonibus aura,
 Sidus & hyberni sit tibi mite Capri,
 Dardanius clausas urnas compescat ephœbus,
 Pacatumq; tibi reddat & ipse Iouem.
 Non tibi, non obstant fusi de montibus amnes,
 Nec Dryadum amplexu te liget ulla soror.
 Ast ego seruabo uultus referencia charos,
 Nata sub articulis uiuida signa meis,
 In quibus eximio spirabit Stattus ore,
 Artis Phidiacæ dum remanebit honos.
 Ille mihi uaria fingetur sæpe figura:
 Nam modo candebit marmore de Pario,
 Et modo stauebit specioso diues in auro,
 Sæpe oculos pascet cerea forma meos,
 Et iam Sarmatica, patria iam ueste nitebit,
 Et iam Romanæ clarus honore togæ.
 Et laurus frontẽ modo uestiet, & modo myrtus,
 Et modo cærulea pallade cinctus erit.
 Sic ego me uultu solans absentis amici,
 Implebo sanctæ munus amicitiaë,
 Donec te nobis felicior hora reducet,
 Vel tibi reddemur candidiore die.

Elegia

ELEG. LIB. TER.

ELEGIA XV.

In Historiam de rebus à Theseo gestis, duorumque
 riuualium certamine, gallicis numeris ab
 Illustri quadam matrona, sua-
 uissime conscriptam.

A Vsa sacrã tētare lyrã prius unica Sapphō
 Prima uiris fastum tollere digna fuit,
 Inter laurigeras sedem sortita Sorores,
 Lucida Pegasei qua fluit unda pedis.
 Et tamen illa leueis tantum cantauit amores,
 Fœmineæ tenerum debilitatis opus.
 At modo quæ nata est seclis labentibus orbi,
 Cyprida cum domino bellipotente canit,
 Inter Francigenas prænobilis Heroinas,
 Quam leget, & Latias Gallia discet opes,
 Et quæcunq; latent Argiuis tecta ruinis,
 Quoq; Dei miseros tela uolucris agant,
 Fortunaq; uiceis, & ineluctabile fatum,
 Scissaq; ueloci stamina pulla manu
 Victoris iuuenis, qui uxore potitus amata,
 Iuit ad infernas non satiatas aquas,
 Et sua deuicto concessit iura sodalis,
 In quem sanguineas strinxerat ante manus
 Actu quæ patria tam molliter omnia lingua
 Hæc canis, æternum docta per ora uola.

IOAN. SECVN.

Et quoniam tellus quoq; te tenet immaturè,
 Nec data sunt longæ laurea ferta comæ,
 Intumulo saltem Phœbi tibi germinet arbor,
 Cuius in umbrosis stans Philomela comis,
 Dū lachrymatur Itym, longis arguta querelis,
 Te quoq; cum charo funere, sæpe gemat.

ELEGIA Decima sexta.

Ad Hieronymum Suritam Cæsaraugustanum
 Poëtam.

VNica nata meis requies, Hieronyme, curis
 Qui facis Hesperiaë iã mihi dulce solũ,
 Cuius in auriculis argutis Iulia gaudet
 Laudatos tenera uoce sonare modos.
 Cuiq; mea ante alios non dedignata Neara est
 Humida adhuc labris basia ferre meis.
 Quæ te cunq; mihi lux obtulit, optime rerum,
 Inter solenneis hæc mihi semper erit.
 Hæc mihi cum Maij celebretur sæpe calendis,
 Credo equidem, chari mensis & ipsa fuit.
 Sed quæcunq; fuit, mihi te donauit amicum,
 Quo mihi non alius charior ante fuit.
 Tu mihi labenteis solito breuioribus horis
 Ire iubes Phœbo candidiore dies.
 Quam iuuat antiquos pariter cantare Poëtas:
 Magna quibus ueteres Roma tuetur opes.

Cumq;

ELEG. LIB. TER.

Cumq; pio Aenea Laurentem quaerere Tybrim,
 Securos, Tarno quam paret ille necem.
 Aut legere infestas qui Cæsaris intonat iras,
 Et deflet Magni colla refecta ducis.
 Quin & Claudiani doctas euoluere chartas,
 Hic Reges etiam, nec minus arma canit.
 Et raptam siculo Cereris de littore natam,
 Quam nunc & manes, & stygis unda colit.
 Dein uatis uarias per siluas Parthenopæi
 Ire Amphionæ incenia in alta lyræ,
 Et fera Thebanos armare in prælia fratres,
 Et procul è tuto bella uidere loco.
 Mox bello fessas in blanda reducere Musas
 Ocia, Pegaſei quæ fluit unda pedis.
 Adſunt, & dominas per odora uireta ſequuntur
 Leſbiæq; & Tyrios culta Corinna ſinus,
 Deliaq; & Nemefis, tor: oq; ſuperba capillo
 Primus amor Latij Cynthia Callimachi.
 Quam multa interea ſubeunt iucunda relatu:
 Vna mihi tecum quot parit hora iocos:
 Seu uarios hominum mores ridemus, & arteis,
 Seu Complutennis Grammatici cerebrum.
 Dij mihi dent tecum, iuuenis lectiſſime, longum
 Degere, & inſulſos ludere Grammaticos.

ELEGIA Decima ſeptima.

F

Deſta

IOAN. SECVND.

De Statuis & Sepulchris in Templo Urbis. S:
Dionysij spectandis prope Luteciam.

Proxima Parthysia iacet Vbrs Dionysia
Herou tumulis relligiosa uirū, qualli,
Hic monumenta tenent longæuis inelyta saxis
Nomina quæ nuper Franca timebat humus.
Sub quorum titulis bellum subiêre tot urbes,
Ad quorum nutus tot uoluere mori.
Et dispersa iacent. fluidoq; natantia tabo
Corpora, purpureo quæ iacuere thoro,
Aurum quæ toties pede calcauere superbo,
Iamq; uia torem marmore clausa rogant,
Regaleis precibus iuuet ut popularibus umbras,
Depressosq; pia uoce leuet cineres.
Hæc rerum series, & lex uariabilis æui est:
Cuncta alit, ut rapiat cuncta, maligna dies.
Sæpe tamen fati raptum solatur acerbum
Licta in antiquis garrula marmoribus,
Effigiesq; uirum saxo seruata uel ære,
Quæ uiuat longos, post sua fata, dies,
Multaq; uenturis de se non muta loquatur,
Ablatæ speciem mentis in ore gerens.
Feliceis arteis rabiem quæ uincitis Orci,
Atq; aliquid fati demitis imperio:
Vos ego sæpe meis, uos uersibus exornabo,
Et dicam Aonijs cantibus esse pareis.

Raptus

ELEG. LIB. TER.

RAPTUS ad Elysijs annis iuuenilibus auras
 Carolus, hic molli spirat in ære tamen,
 Longa senescentis uisurus secula mundi,
 Cui sua lugubri carmine gesta canet,
 Britonas ut forteis uictrici fuderit hasta,
 Ausus in hostileis se glomerare manus:
 Viq; trahens gelidas idem sua signa per alpeis,
 Terror concussæ uenerit Ausoniæ,
 Multaq; quæ uultus docet in uiuente metallo,
 Pugnacem referens cum pietate manum.
 ARTIS opus tantæ superat sublime sepulchrum
 Marmore de Pario quod Lodouicus habet,
 Hic quem supremum sepeliuit Gallia regem,
 Expertum dominæ sortis utramq; uicem.
 Hoc ubi conspexi, stupui, & primæua uetustas
 Visa suas arteis est reuocare mihi,
 Phidiacasq; manus mecum meditabar, equosq;
 Spiranteis longum colle Quirine tuo,
 Quiq; diu artificem Romam decorauit, & aliis
 Aurea porticibus carmina Phœbus hiat.
 Troianūq; senem, quem, nunc quoq;, Palladis ira
 Anguibus implicitum, post sua fata, necat.
 Cedite Pyramides, & pendula Mausolæa,
 Dicebam, & quicquid Græcia uidit opum.
 Quattuor extremos seruabant numina fineis:
 E quibus, infracta mente manu; ualens

IOANN. SECVND.

Nervorum reliquas vincit, compage Sorores,
 Diva potens fati vincere sola viceis,
 Et conferre manum Sorci violenter utriq;
 Neu premat hæc animū, neu leuet illa, cauēs.
 Stabat Diva sagax, terrasq; tenebat, & astra,
 Docta Deos, homines, instabilemq; rotam,
 Omnia quæ Phœbus per longa volumina vidit
 Arduus, in longa conspicietq; uia.
 Stabat & infrenis animi quæ temperat æstus,
 Contemptrix flammæ Diva Cupidineæ,
 Palluit, è lympha, credo, qua diluit uvas,
 Plenaq; uirginæ simplicitatis erat.
 Iuncta chorum sancti claudebat quarta senatus,
 Iusta bonis librans præmia, iusta malis.
 Illa quidem, cœlum prius ansa relinquere nunq;
 Marmoris in duro cortice tuta latet.
 At circum statuis cinxere minoribus urnam
 Priuata culti relligione Dei
 Nostra quibus pietas aras, & templa dicauit,
 Quòd bene pro Domina non renuere mori.
 Planciem uero præstantia regis obibant
 Gesta, Dei durum bellipotentis opus,
 Arte nitens mira, quali Vulcama dona
 Lumina Dardani detinuere Ducis.
 Parte alia trepidæ fugiunt sine lege cateruæ,
 Parte alia denjos curritur in gladios.

Hic

ELEG. LIB. TER.

Hic torquata trahunt seruileis colla catheras,

Hic rapitur mæstas funus in exequias.

Deiciunt alibi telorum nubila nimbos,

Et cadit ex ipso mors numero, a polo.

Candida diffusas stillantia marmora guttas,

Tot flent irriguis sæpe neceis lachrymis.

Vertice sublimi, genibus subnixus urisq;

Ora gerens, senio terueneranda graui,

Ipse suos cineres Rex despiciebat in urna,

Visus ad astanteis dicere, Talis eram,

Excepere meos miserrantia marmora uultus,

Scilicet, hanc prædam surripuere solo,

Sensus abest, animaq; carent spirantia saxa,

Eripere hanc prædam nõ uoluere polo,

At conjors Regina thori, consorsq; sepulchri,

Nunc quoq; blanditias dicere uisa seni,

Coniugis a læua paulum distracta sedebat,

Si liceat, propius progreditura, reor.

Inuide quid libuit diuellere sculptor amantem

Quantum erat, ut sineres oscula ferre uiro?

In medio monumenti, humilem sortita cauernam

Amborum læto corpora fusa iacent.

Et tumuli que uiua uirent in uertice saxa,

Arida iam morti succubuere suæ.

Pender laxa cutis, latebris clauduntur opacis

Lumina, rarescit triste capillitium,

IOANN. SECVND.


Exileis nareis, tenuatq; crura, manusq;
 Quicquid est in uitam mors cariosa potest,
 Contulit in saxum, rigida manus æmula morti,
 Fictaq; stant uno Vitaq; Morsq; loco.
 Scilicet, hoc certe in simulacro integra superbit,
 Arsq; peregrino non eget auxilio.
 Expallet marmor, Mors hunc perit ægra colorē.
 Conticet, ex animis dedidicere loqui.
 Marmora felici multum debentia caelo,
 Marmora iam uitæ reddita, iamq; neci,
 Qua uos nata manu, sic nos eludere dicam,
 Sensibus ut credam uix satis ipse meis.
 Nimirum digiti uos expoliere Latini,
 Talia Barbaricæ non potuere manus.
 Viuite dum Cnydiæ simulacrū fama Diones
 Praxitelis rarum sera loquetur opus.
 ELEGIA decima octaua.

Ad Ioannem Ottingerum Germanum Poëtam.
 Sic ne meas etiam colis Ottingere camœnas
 S Carminis ut partem te iuuet esse mei:
 Et si forte suo iactat se Iulia uate,
 Tinnitum mutæ quæ dedit una fidi,
 Non dubitas nostris elegis committere nomen,
 Carmine quod meruit nobiliore cani.
 Scilicet hoc uatis, quem protulit Hesiæ, magni
 Musa per Heroos euehat alta pedes.

Hoc

ELEG. LIB. TER.

Hoc Logus, hoc cantet qui nō bene nomē ab urse
 Velius arguto carmine notus habet,
 Nos, ut consuemus numero ludamus inerti
 Sæpe pharetrati delitias pueri.
 Cantemusq; genas dominæ, cantemus ocellos,
 Labraq; purpureis inuidiosa rosis,
 Quæq; deos possunt incendia mollia uerba,
 Multaq; quæ precium dulce laboris habent.
 Non tamen interea possum reticescere Diuæ
 In me synceri tot benefacta uiri,
 Dicta sed hæc uobis cupio uulgate per auras,
 Ne taleis animos nesciat ulla dies.
 Ille suas nuper peregrinum duxit in ædeis,
 Pocula, spumantis apposuitq; meri
 Miscuit & Latio Lanæi munera Phœbo,
 Carminis exhilarans corda lepore noui,
 Doctus Teutonico quod misit ab orbe Sabinus,
 Dulce fluens, tenerum, mobile, molle sonans,
 Pro quibus officijs ubi me nil reddere cernit,
 Abstinet officijs non tamen ille nouis.
 Quin & Erasmiacæ carmen quoq; lenæ senectæ
 Exhibuit, Flaccus quale sonare solet,
 Quale sua natum cupiant & in urbe Quirites,
 Quale canit tremulo gutture blandus olor.
 Quorū me semper memorem fore dicite Musæ,
 Sive prememus humū, siue prememur humo.

 IOANNIS
SECUNDI HAGIENSIS FUNE-
rum Liber unus.

In Obitū Clarissimi uiri Nicolai Euerardi Mid-
delburgi Patris Pientissimi.
Querela.

Ilicet, inuenit uox interclusa meatum,
Exigua nūq; uiam per tot suspiria duxit,
Et condensatæ ruperunt claustra querelæ
Pectoris angusti, nunc, dum licet, ite per auras
Clamoresq; graues, & foeminei singultus,
Sublimisq; meo pulsetur regia questu,
Agnoscantq; suum, fatalia sidera crimen,
Palleat & Phœbus, nigrescat & ignea Phœbe,
Stellaq; nulla uago lucem diffundat Olympo,
Nox tenebris incincta caput nigramibus adsit
Mors tenebris, longaq; oculos immersa sopore,
Quicquid & obseruat nigra limina flebilis orci
Ante meos oculos pallentia proferat ora.
Aspiciam cunctos hodierna nocte dolenteis,
Aspiciam nullos ridenteis luce sequenti,
Non leuis occurrat, sponsæ placiturus amatae
Purpureus iuuenis, nec compta puella marito,
Omnibus in uicis mihi se pullata caterua

Offe

FVNERVMLIB.

Offerat, infelici humeros oneratra pheretro.
 Quos circum, nigra frontem uelata cupressu
 Funereas plebs tota facies per compita quasset.
 Huc ueniāt lachrymæ, Niobe qbus obruta mater
 Non absterge das tulit in noua marmora guttas,
 Huc ueniant gemitus, gelidus quos audiit olim
 Hæmus, & indoluit uidui bis sorte mariti.
 Quosq; graueis plæctus, p & æthera fudit et æ-
 Coniugis agnos cens, ab, non sic expectati, (quor
 Pallidulum cano quassatum gurgite corpus,
 Flebilis Alcione, plumis tectura dolorem,
 Et quoscunq; sonos, infelicissima Progne,
 Vel, dedit, audia crudeli morte Sororis,
 Vel cura tam misere superesse uidebat eandem.
 Et quicqd Priamus lachryma uerat hec tore fuso,
 Et quicquid Priamo cæso, Priameia coniux:
 Proruat huc, geminetq; meo de uulnere uireis,
 Quæq; meis lachrymis nõdũ ma duère sepulchra
 Chara sepulchra, sepulchra patris mcestissima cha
 Nec nostras habuère rosas, nec olætia ferta, (ri,
 Has uoces, has accipiant de gente remota
 Luctifonas uoces, quas & Nabatheiis Euris,
 Frigida flabra mouens orientis conscia Solis,
 Audiatur, & Zephyrus decliui sole tepescens,
 Quæq; iacet Phœbi tellus ignota quadrigæ,
 Suspirenq; meis longinqua fletibus auræ.

Hæc

IOANN. SECVND.

Hæc pater infelix, hæc subsidentibus annis
 Præmia debebas operosæ sumere uitæ:
 Fas erat, emensis agitati fluctibus æui
 Tranquillo in portu corpus componere fessum.
 Et lætam positis curis euoluere uitam,
 Quæ nunc uecta procul Lætheas mæda per undas
 Ingemit humani molimina uana laboris.
 Forsitan atq; animas, si quas redeuntibus annis
 Fata iubent iterum superas euadere ad auras,
 Consuetosq; nouum moderari flamine corpus,
 Admonet, ut curis nunq; innectantur amaris,
 Sera neq; extendant in longum uota senectam.
 Tu ne igitur loca pallida, tu squallentia regnas,
 Ignauiq; nigrum Cocyci littus oberras:
 Nec uirtus tua, chære pater, tibi profuit univ:
 Nec pietas: iustiq; amor inconcussus et æquus.
 Quin iter obscurum satis urgentibus, ires,
 Et natis miseris et multum flente marito,
 Et populo indignante, et suspirante senatu.
 Nos pietate tua studijsq; fidelibus orbi,
 Tædia desertæ traheremur in aspera uitæ:
 Qualiter implumes celsa super arbore pulli
 Amissum trepidante parentem uoce requirunt.
 Quem, dum pauca suis pro pullis grana legebat,
 Agricola rigidi telum confixit in herba,
 Flent illi, tenuiq; sono loca frondea complent,

FVNERVM LIB.

Si qua expectatum uideant reuolare parentem.
 Felices illi, quia nunq̄ certa uidebunt
 Signa necis patriæ, Nos cogimur omnia scire,
 Et nobis homines, & nobis muta papyrus,
 Et nocturna malum funestum somnia narrant.
 Si tamen est aliquid quod de tellure sepultis
 Fertur, & antiqui non fingunt omnia uates,
 Innocuæq; animæ mundo meliore fruuntur
 Colle sub elysio, uel si quid amœnius illo est,
 Inter odoratas Lauros, ad flumina sancta,
 Sole sub ambiguo, iraducis in ocia lætos
 Lenta dies, neq; nocte unq̄, neq; nube tegendos.
 Et quocunq; moues gressus, tibi totus eunti
 Assurgit latè populus, tibi magnus eunti
 It comes Elysia redimitus tempora quercu,
 Iustus Aristides, teq; in loca deuia ducit
 Manibus ignorata nouis, ubi florida tellus
 Felices Zephyros meliori aspirat odore,
 Flumina qua liquidi septem flauentia mellis
 Et totidem niuei labuntur flumina lactis
 Luxuriantis opus. Naturæ, ubi porticus arcu
 Innumero frondens trunco dependet ab uno
 Ordinibus paribus, media consurgit in umbra
 Arbor Tænariæ speciem mentita columnæ,
 Summa operis pulchri: terramq; cacumine pūgit
 Implicito, annectitq; comam radicibus imis

Diffu-

IOAN. SECVND.

Diffusis latè per opaci iugera campi,
 Et circum labyrintheos curuatur in orbeis,
 Floribus & uarijs, & pomo multicolore
 Et uirideis ramos plumis distincta uolucrum,
 Mulcentum liquidis puram concentibus auram.
 Illic Heroës, proles inuicta Deorum,
 Et qui magnanimæ Virtutis castra secuti,
 Heroum per facta alacres iuere, Deumq;
 Frondosis tecti cameris spaciantur, & arteis
 Exercent, uitæ memores in secula prisca:
 Et ueteres reuouant curas, ueteresq; labores,
 Curarum immunes, onerosorumq; laborum.
 Obuius ingredienti omnis ruit agmine longo
 Cætus, & antiquis socium te manibus addunt,
 Manibus antiquis, qui ius coluere, fidemq;
 Tunc cum sola sibi merces pulcherrima Virtus
 Esset, & utilitas nunq̄ certasset honesto.
 Cumq; Solone suo te Græcia cumq; Lycurgo,
 Cũq; Numa ueteri Latium ueneratur, & Anco.
 Quid tamē hæc psūt: (quæ tamē hæc quoq; psūt
 Et lachrymis nostris cursum tua gaudia sistūt)
 Si nunq̄ post hac te te pater aspiciemus,
 Visuri in gelido tantum tua nomina saxo,
 Cum nos ad patrios fortuna reduxerit agros,
 Ingratos agros, ubi te, charissime rerum,
 Cernere non liceat, ubi magni membra parentis

FVNER. LIB.

Occulit exigua tellus iniusta cauerna,
 Mater ubi longo tabescit saucia luctu,
 Turgemensq; oculos in flumina salsa resoluit,
 Fumanteis in aquas nix ut nocturna residit,
 Cynthius afflauit quam sidere matutino:
 Frater ubi, & scissis macret germana capillis,
 Vdaq; frigidulis singultibus ora fatigant.
 At si fata sinent tamen ibimus, ibimus illuc,
 Cernemusq; laeis, qbus, heu, quibus optimus ille
 Extremæ moriens submisit lumina nocti:
 Visemus tumulum, & tumulo sua dona feremus,
 Tercentum tepidas thuris pro munere guttas,
 Tercentum gemitus, tercentum tristia uerba,
 Pro uiolisq; rosisq; & puluere suauis Amomi,
 Et sanctam magna ter uoce uocabimus umbram.
 Illa sacros lucos, & fortunata uireta
 Diuitis Elysi, tunc lata libensq; relinquet,
 Et pennis allapsa petet pernicibus urnam
 Ipsa suam, ridensq; sui ludibria busti,
 Pauca aspirabit leni mihi uerba susurro,
 Demulcens curasq; meas, & tæ dia luctus
 Longa superuacui, placidaq; ita uoce loquetur:
 Nate, meæ nuper lenimen dulce senectæ
 Et nuper mea cura, & nunc mea cura, beati
 Si curare tamen possunt mortalia manes,
 Quo mihi tot lachrymæ: nō has mea funera po-
 scunt,
Poscunt

IOAN. SECVN.

Poscunt illorum quorum mors omnia finit.
 Vixi, & nascenti dederant q̄ longa sorores
 Stamina, maturo deuoluit pollice Clorho.
 Ipse meos annos, uitæ sine labe petegi
 Exiguumq; mei tellus obscura recondit,
 Cetera tam parua non compeſcuntur in urnas
 Pars sed in æthereas sedes natalia regna,
 Cessit, pars Famæ nuuæ plaudentibus alis
 Ingenti uehitur uentura in secla triumpho.
 Quoq; magis uario uita est mihi ducta labore,
 Hoc magis elucet fatis exercita uirtus.
 Namq; ubi (Fabor enim, si sic tua forte leuentur
 Vulnera) post primos æui iuuenilis honores,
 Principis inuicti dono pars una senatus
 Ipse forem magni, Cuius sub legibus olim
 Antiquæ Belgarum urbes, populiq; potentes
 Submissi, iustumq; colunt, æquumq; tuentur,
 Continuo Batauas præses dimittor ad urbeis
 Effreneis populos, qui tunc uix ulla tenebant
 Fœdera iustitiæ, sed ui, sed cæde cruenta,
 In commune malum contemptra lege ruebant,
 Mutua ciuili miscentes uulnera bello.
 Quæ mala non illic, quæ non discrimina sensis,
 Improbæ dum meditor confringere facta potēt
 Nobilium, innocuosq; homines arcere rapinas
 Sed fretus iustisq; Deis, & principe iusto,

FVNER. LIB.

Fraudibus obsessū, atq; minis, gladijsq; nephādis
 Obnixus perrupi iter, Astræaq; potentis
 Signa per obstanteis acies interrita duxi.
 Armatumq; domans sacratis legibus hostem,
 Ociā paulatim populis tranquilla paravi:
 Lamq; mali tanti uestigia rara manebant,
 Et iam bis novies sol circumvoluerat axem,
 Ex quo ccepissem Batauæ moderamina gentis,
 Cum me, supremo Cæsar dignatus honore,
 Mandavit rebus magni superesse Senatus
 Maclina in clara, sinuoso ubi gurgite Delus
 Fert flauas opulentus aquas, æquatq; cælo
 Templaq; diuorum, procerumq; palatia surgūt,
 Mœniāq; hostili nunq; calcata tumultu.
 Illic, in magno dominatu, mitia lætis
 Iura ædi populis (sunt hæc tibi cognita nate)
 Semper in obtutu mentem defixus honesti:
 Non amor hanc, non hanc odiū, nō gratia flexit,
 Non metus, & domitrix regina pecunia rerum.
 Sæpe uidens reiecta alto sua munera uultu,
 Attomitum nostro retulit de limine gressum,
 Indoluitq; nocens, quod non minus integer essem.
 Sic ego cum fidus Domino consultor, & idem
 Litibus implicitis iudex æquissimus essem
 Pauca mihi aggesi male sua dæ pondera gazæ:
 Quod tamen aggesi multo preciosius istis,

IOAN. SECVND.

Innocuam famam uobis, nomenq; relinquo
 Quod non una terat reuolutis solibus ætas:
 Viuite felices, & nostras ite per arteis,
 Naturæq; datum consumite legibus æuum.
 Tempus erit, cum uos ater quoq; puluis habebit,
 Vestraq; cum nostris calcabunt ossa nepotes
 Immemores, & de tam multis rara superstes
 Litera nominibus trita euanescet in urna:
 Interea speciem nostri tamen orbis habebit
 In uobis (neq; enim mea me præ sagia fallunt,
 Nec monitus uentosa meos discerpsit aura)
 Quod si uos etiam tenuis fortuna sequetur,
 Præmiaq; accedent laudato parca labori,
 Sic etiam simileis non sit pudor esse parenti,
 Magnarum ne fors an opum tam dira cupido
 In diuersa trahat sensim uestigia uitæ
 Ignaros, & dum similes non esse parenti
 Vna in re cupitis, similes non sitis in ulla.

IN MORTEM Mercurini a Gattinaria
 Caroli. V. Imp. magni
 Cancellarij.

Mercurius moritur. quidæ maia natus: an ille,
 Dignus qui Maia, qui Ioue partus erat,
 Quem sibi uult socium terrenus Iupiter olim,
 Sine paret pacem, seu graue Martis opus:
 Scili-

FVNER. LIB.

Scilicet, ille iacet quid nō fata improba tentāt
 Hei mihi, numinibus Mors quoq; dira uenit.
 Iam tibi fatalem prædico, Iupiter, horam,
 Quæ fratris uenias hospes ad antra tui.
 Tu quoq; migranti uectus nouus aduena regno,
 Phœbe Poëtarum Pieridumq; decus,
 Primus inasæta pinges albedine regnum,
 Quod incestum tenebris nox inamœna tegit.
 Magna cohors Diuum, tumulos, urnasq; parate,
 Improba felcifera Mors petit astra manu.

MERCVRINVS ad Viatorem.

Disce sequi fatum, quicumq; tenētia nostrī
 Nescio quid cineris marmora dura uides.
 Dicce sequi rectum, quicumq; loquacia saxa
 Ferre uides laudes per freta longa meas.

MARGARETAE, Maxæmiliani Cæsaris filia, Epitaphium.

Cæsaribus pavis, et Cæsare clara Nepote,
 Margareta Austriaci sata semine Max-
 Illa ego, q̄ miti rexi moderamē Belgas (milian),
 Et per scæmineas percussio fœdere dextras
 Discordeis populos tranquilla pace beaui,
 Hæc fato depressa cubo, tellusq; tenebit

G

2

Nescio

IOAN. SECVND.

Nescio quid nostro de corpore pulueris atri.
Lustra decē uitæ Lachesis uix neuerat, & mox
Stamina Parca ferox fatalia rupit, iterq;
Ire per obscurum nulli remeabile iussit.
At uos plebeio geniti de sanguine, quando
Ferreæ nec nobis didicerunt fata nec ullis
Parcere nominibus, patientius ite sub umbras.

IN EANDEM

morientem.

Ergo, nigra dies, et adest quoq; flebilis hora
Fœm̃ta dia tibi: nec mors diademata curat.
Ergo longa quies tibi iam properatur & ista
Lumina perpetuis claudet nox una tenebris.
Nec pietas, nec sancta fides, nec nobile stemma,
Belgica nec diuos tellus miseranda mouebit.
Scilicet hoc fuerit tumidæ monuere quod unda,
Et terræ lachrymas suggesserit Amphitrite.
Illa orbanda sua rectrice, orbanda parente,
Iam nunc in riuos meditatatur abire liquores.
Parce pijs lachrymis, tellus, & parce querelis.
Nec mutari opta, quod stat fatalibus olim
Ignibus impressum, nullis reuocabile uotis.

EPITAPHIUM

Puellæ Castæ.

Mille

FVNER. LIB.

Mille procos habuit, contēpsit mille Lyco-
 Pacta fides uni ne uiolata foret. (ris,
 Vni fida uiro cantetur mille poëtis,
 Viuat & in canis inclya marmoribus.

IN OBITVM DO-
 ctissimi uiri Iacobi Volcardi Bergensis.
 Nenia.

ERgo ne Volcardus tenuis quoq; cessit ad
 Aduena Letha ù flebilis ad fluiuū: cūbras
 Regnaq; Persephones uidit lugubria furuæ:
 Et rabiosa canis guttura tergemini:
 Flectere nec potuit tetricas galeata Sorores
 Diua, secatrices uel cohibere manus:
 Infernisq; pium uatem prohibere tenebris,
 Lenta q; sub seram ducere fata diem:
 Talia debuerat sancto dare præmia mystæ,
 Vertice de patrio quam salisſe ferunt.
 Debuerat uati medicus succurrere Phœbus,
 Si quid habent herbæ, carmina si quid, opis.
 At non cura Deos hominū ulla remordet, & unā
 Iustus & iniustus cogitur ire uiam.
 Et perſtamus adhuc prece, thure, bidētibus, auro
 Non audituros sollicitare deos:
 Nempe iacet raptus primis Iacobus in annis.
 Heu, noua Belgarū gloria nempe iacet.

IOAN. SECVND.

Et iam de sacro quid tandem corpore restat?
 Ossa, cinis, puluis, nomen inane, nihil.
 Scilicet omne suos repetit, repetetq; recursus,
 Et gaudent reditu singula quæq; suo.
 Terra tulit cunctos, cunctos quoq; terra resoluit,
 Mutat & in cinerem quod cinis ante fuit.
 Nec iuuat in longas uitam traducere curas,
 Pectore cœlestis & penetrare domos,
 Venturumq; loqui, cantu pollere, uel herbis,
 Artibus, heu, nullis mors remorata uenit.
 Illa manet seruos, diteis manet illa Tyrannos,
 Illa manet pueros, & manet illa Senes.
 Ergo, age, qui legis hæc, fati cape iura superbi,
 Teq; para tumulo, mox morituro, pari.
 At tu n. usarum formator prime mearum
 Viue, uale, tellus molliter ossa tegat.
 Nos, quæ sola manet pallenteis munera maneis,
 Quos semel inferna Nauita uexit aqua,
 Carmina sculpemus memori longæua sepulchro,
 Quæ tua de Strygia nomina ualle trahant,
 Carmina flebilibus lugubre sonantia chordis,
 Carmina lōginquus quæ legat, & lachrymet.

EIVSDEM EPITAPHIVM

Hospes, qui calcas loca tristia defunctorū,
 Siste gradū, cineres heic Iacobus habet,
 Asper

FVNE. LIB.

Aspera quem fata, & nostro nimis inuida seculo,
 Non sunt maturos passa uidere dies.
 Volcardo cognomen erat, primordia uitæ
 Berga dedit, quo stas, nunc habet ossa, locus:
 Quicquid Roma docet, quicquid docuistis Athenæ
 Nouerat, obscurum non minus iuit iter.
 Illius ad tumulum Nymphæ Parnassides udas
 Effundant lachrymas, Pallas & ipsa gemat
 Illius ad tumulum succrescat Apollinis arbor,
 Mixtaq; cum uiolis Lilia, cumq; rosis.

Iacobi Platæijs Morini, Mu-
 sici Imperatoris Caroli. V.

EPITAPHIUM

CVi fors innocuo frustra quæsiuerat hoste,
 Armauit socias in mea fata manus.
 Perfidus incauto ferrum demisit in armos,
 Labentem solis destituitq; locis.
 Sanguine rorantes cædem lachrymatur oliuæ,
 Sub quibus exspirans ultima uerba dedi.
 Et mea turmatim gemuerunt fata uolucres.
 Hæc fuit una meæ conscia turba necis.
 Flete piæ uolucres: et nos quoq; fleuimus ūbras,
 Claraq; sunt cantu multa sacella meo.
 Infantem tellus Morinūm nutriuit amœna.
 Arragonum montes sunt mihi pro tumulo.

G 4 Cæsaris

IOAN. SECVND.

Cæsaris ante focos solennia sacra peregi,
 Quam peterem moriens non fuit ara mihi.
 Caruleos sparsi fumos ante ora Decrum,
 Sanguine Styx latè nunc rubet atra meo.
 Tu quicumq; cupis meliori occumbere fato,
 Suspectum Fidei nobile nomen habe.

IN OBITVM

Ioannæ Fontanæ Bituricensis Matronæ Clariss.
 Nænia. Ipsa loquitur.

MVNERIB9 quos terra suis dulcissima nutrit
 Hæc legite (ô, quorū de grege nuper erā)
 Quæ muti cineres alieno dicimus ore,
 Et semel humana discite lege mori.
 Fidite nec formæ, nec opes numerate, nec annosi
 Omnibus his poteram uincere, uicta cado.
 Nec si longa graues circundant atria ceræ,
 Nec si multa pia uictima cæsa manu est,
 Nec si plura sacras fragrarunt thura per aras,
 Nec, si arteis uobis nulle dedere Dei,
 Linguaq; contigerit, quæ possit flectere Ditem,
 Credite lanificas fallere posse deas.
 Talia si possent rigidas mollire Sorores,
 Nunc quoq; qua terimur, cõtereremus humū,
 Non paruū in gelido gereremus marmore nomē,
 Nomine cum ueteri quàm male conueniens:

Nomen

FVNE. LIB.

Nomen quod toties lachrymis gemituq; sequetur
 Coniugis orbat, nunc quoq; magnus, amor.
 Vnde prius risus carpebat & omnia læta,
 Melle quod Hyblæo dulcius ante fuit,
 Hei mihi, quem uideo longo rauescere questu,
 Tondentem gemina pectora incesta manu,
 Horrentem impexisq; comis, & uestibus atris,
 Manantem lachrymis insatiabilibus,
 O dulcis coniux, sunt hæc rata iura Deorum:
 Omnibus a d maneis una eademq; uia est.
 Ante tuos obitus sibi me Libitina sacrauit,
 Hoc est, quod superos sæpe precata fui.
 Metibi fies raptam gaude posuisse dolores.
 Clade cita perijs sum cruciata minus.
 Non ego ter gemini Canis indignantia rostra
 Vidi, non oculos terruit Hydra meos.
 Mœnia non hic sunt triplici circumdata muro
 Flammæti Phlegeton quæ ruber ambit aqua.
 Saxa, rotæ, scopuli, fugientia flumina, uultur,
 Tale nihil noster mitior orbis habet.
 Blanda quies habitat, & longis ocia festis,
 Et Pax Palladia fronde reuineta caput.
 Hinc curas hominum tot despectamus inaneis,
 Et mixta alternis gaudia falsa malis.
 Hinc tumuli ridere mei ludibria possem,
 Ille foret uestræ ni pietatis opus.

IOAN. SECVND.

Tu facis obscura ne putrescamus in urna,
 Inscribens querulis clara sepulchra notis,
 Quæ, tam concordis longum testantia flâmas,
 Diffundant titulos in noua secla meos.
 Pro quibus officijs, longam tibi numina uitam,
 Et uacuum curis dent, uacuaq; metu.
 Ne teneræ soboli geminent tua funera luctum,
 Quorum onus in patrio nunc iacet omne sinu.
 Ast ubi sera dies fatalem uexerit horam,
 Quæ soluat uinclis te quoq; corporeis:
 Latet in Elysia mecum spaciabere ripa,
 Qua Lauri uitreas lucus inumbrat aquas.

Eiusdem Ioannæ Fontanæ
 EPITAPHIUM

Hospes, Ioânæ hoc Fontanæ habet ossa sepulchrū
 Hanc Venus, et Iuno flent, simul et Charites,
 Matronale decus Iuno, Venus aurea formam,
 Illius extinctam flent Charites charitem.
 Nobilitatem, & opes ab origine duxit auita,
 Virtutem uariam mens generosa dedit.
 Splendida de puro gestabat nomina fonte,
 Qui puto Pægaseo de pede fudit aquam.
 Pectora crystallo pellucidiora gerebat,
 Nouerat & quicquid Franca pœsis habet.
 Doctâ

FVNER. LIB.

Docta melos, digitis, liquido seu fundere cātu,
 Quale canit dulci gutture serus Olor.

Non ignara iocos, & non ignara choreas,
 Docta loqui blandum, sed mage docta fidē.

Moribus his uisa est dignissima coniuge, cuius
 Sæpe tulit facilem regia charta manum.

Nupta cui primo uiridantis flore sub æui,
 Enixa est socij pignora quinq; thori.

Cum quo communi partita est omnia fato,
 Forsitan & cuperet nunc quoq; flere simul,

Mitius ut ferret diuisos ille dolores,
 Incon,olandos qui modo dat gemitus.

At uos mortales, quoru non læserat ullum,
 Ferte rosa s illi, quæ rosa nuper erat.

Hieronymi Moresini Mediolanē. Biturigibus in
 lacum una cum equo, cui insidebat, demersi,

EPITAPHIUM

HAc Moresinus habet cineres Hieronymus urna,
 Mœnia qui uoluit dum peregrina sequi,

Nomen ut acciperet a uulgi nomine dispar,
 Ausonidum dulci de regione procul,

Mersit in obscœna iuuenilia uota palude,
 Perq; necatrices ad Styga nauit aquas.

At tu qui transis, umbræ iace uerba silenti
 Qualia uis cineri sera uenire tuo.

IOAN. SECVND.
FORMOSI IUVENIS
Hedui Caroli. V. Imp. Pocillatoris
Epitaphium.

M Armorea iuuenē facie croceōq; capillo
Miscemem nostro pocula casta Iouis
Iupiter ætherias cur inuide tollis in arceis?
Quod Puer Iliacus, non erit iste tibi.
Vltā tuum, melius nunq̄, Saturnia crimen,
Formosum thalamis inferet ipsa suis.

Epitaphium Petri Eucrardi Monachi,
Fratris optimi.

Nobilis & legū titulis & Præsīde patre,
Molliter exactis vitæ uiridantibus annis
Aestas occiduum dum feruida tangeret æuum,
Petrus ego heic iaceo, non me plorate sepultum.
Tunc plorandus eram, cum me uis inuida sortis
Lugubri iuuenem fato, quo lenius hoc est,
Inuoluit, clarōq; uiam præclusit honori.
Venimus ad metā, (lachrymis hæc dicite uestris
O, quicumq; meo lugetis funere mæsti)
Nascenti leges quam præfixere Deorum.
Viuite felices, nec me duxisse dolete
Tempus in hoc uitam, quod pertransire negarat
Fatorum series, cæliq; uolubilis ordo.

Epitæ

FVNER. LIB.

Epitaphium Faustini cuiusdam.

Feruēti Veneris Faustinus ab igne perustus
 Heic iacet, et tectō stillāreis excipit undas,
 Quæ uel inextinctas sedent post funera flāmas.
 Tu quicumq; pareis sensisti forte fauillas
 Hospes, & ista legis, dic molliter ossa quiescāt,
 Nullaq; sentijcant onerosæ pondera terræ.

EPITAPHIUM

Michaëlis cuiusdam Senis
 ab se ficti.

Quē cernis, numerosa unus de plebe Michaël,
 Extremo in uico pueros elementa docebam;
 Insuper, & dilis complureis peruigil annos,
 Sacram Christiparæ seruabam uirginis ædem.
 Ignotam ignotus duxi sine crimine uitam:
 Dum prope tricenos ageret ter Cynthius orbeis
 Ignotus moriturus eram, sed noluit illud
 Quisquis erat plastes, nostri studiosus opinor,
 Qui uultus formam rari miratus, & ausus
 Tentare ignotam digitis reuuentibus artem,
 Os, oculos, frontem, nasum, ruga q; senileis,
 Assuetosq; habitus, argilla duxit ab uda,
 Mēq; heic spectandum seculo posuit uenturo,
 Exemplum uiridis, bene portatæq; senectæ.

At

IOAN. SECVND.

At tu qui transis, dic saltem, molliter huius
Ossa cubent, nullaq; graui tellure premantur.

EPITAPHIVM

Menelai cuiusdam.

INter opus medium lasciuia morte solutus,
Heic situs est, & in it iã Menelaus humũ.
Qui blandæ Veneri uitæ sacrauerat annos,
Haud aliter uitam ponere dignus erat.

EPITAPHIVM

Henrici Duystij Delfen.

HVnc tumulũ gnati charo posuere parenti,
Pro patrijs curis, pro dulci munere lucis,
Lugubreisq; notas tristi inscripsere sepulchro.
Hoc tumulo Henricus seruat sua Duystius ossa,
Illum flent quicunq; colunt iustumq; piũq;
Delphica præcipue tellus, primordia uitæ
Quæ dedit, officiumq; experta est cuius abũdẽ:
Sed longè ante alios illum deplorat egena
Turba hominum, illius nutriti largiter ære.
Viuentium namq; is iuxta uitæq; sequentum
Prospiciens hominũ, quos indiga fata moratur,
Corpora multa suis opibus per secula pauit.
Illum igitur Rex cœlicolum, pro talibus actis,
Felicem

FVNER. LIB.

Felicem uocet ad nitidi templa ardua cæli:
Pax ubi læta habitat nullis obnoxia curis.

EPITAPHIVM Clarissimæ Matronæ
Franciscæ ab Haro Vxoris Maximi-
liani Transsylvani.

Hoc saxo Frācisca tegor, quæ stemmatis
Cōiugio felix Maxmiliane tuo (Haro
Transsylvane fui, potui cui nupta placere.
Quis fuerit genitor quæris? Iberus erat.
Belga fuit genitrix, lustris uix quinq; peractis
Egit in ignotas me fera Parca uias.

ALIVD.

HEus, Hospes, heus, qui negligēter præteris
(Sortis memor fortasse non lætis tuæ)
Loca hæc sopori destinata mortuum,
Sta, donec heic quæ dormiat cognoueris,
Francisca claris clarior parentibus,
Virtute, castitate, moribus probis,
Bonisq; quæ uere beant clarissima,
Formam cui suæ parem dederat Venus,
Terra sub ista, nescio quid pulueris,
Habet uecusti, & obsolei & putridi

Heu,

IOAN. SECVND.

Heu fata sc̄enis sc̄uiora tygribus,
 Num sic decebat, obsecro uos, ut prius
 Quam se uideret uiuere, & lustrum satis
 Quintum peregisset, nigrantem regiam
 Proserpinæ subiret intractabilis,
 Illa illa longis digna seclis uiuere:
 Et nunc maritus heu misellus in thoro
 Vacuo gemens, lugensq; & incusans Deos,
 Frustra suam desideraret turturem.

In obitum Ornatissimi Adolescentis Caroli Suc-
 queti Flandri Iurisconsulti eximij.

NAENIA.

TRistia defleram mendacis nuncia Fati,
 Sucqueti miseram quæ retulere necent;
 Idem ueracis deflebo nuncia fati,
 Dij facerent, labor hic uanus, ut ille, foret;
 Et nostras iterum damnaret fama querelas,
 Iret & in iustos irrita charta rogos:
 Sed nimium ueris rumoribus omnia constant;
 Si qua uenit toties fama, time nda uenit.
 Dic puer an ne aliquis lætū perscripsit acerbū:
 Et si aliquis, quisnam: dic age, quoq; modor:
 Litera lugubris Taurina uenit ab urbe,
 Ah dolor, & fidæ sunt quoq; signa manus.

Quis

FVNER. LIB.

Quisquis es, o, uellem scriptor mendacior esses:
 Hoc melius, q̄ q̄ sic moreretur, erat,
 Sic moreretur amor Charitumq̄, nouēq̄; Dearū,
 A Stræ ueteris sic moreretur amor,
 Iret & in cineres tabumq̄; liqueceret atrum,
 Quo nihil in uitam uenit amabilius,
 Seu circumfusæ sublimia iura cateruæ
 Dictaret, celsa conspicuus cathedra.
 Nobile seu caneret facili testudine carmen,
 Siue puellareis duceret arte choros,
 Siue suos inter dulcis conuua sodaleis
 Mulceret uarijs fata propinqua modis.
 Ergo fatali lex hæc rata stat decreto,
 Seruiat ut nulli uita fugax domino,
 Sed modo præripiat quem uix concesserat usum,
 Lenta modo effæro in corpore desideat.
 Sic uiuunt homines quos ægra senecta fatigat:
 Improbæ nec possunt per sua uota mori,
 Sic Sucquete iaces, & dulci florida uere
 Membra superiecta nempe teguntur humo:
 Qualia, cum rigido pede conculcantur arantis,
 Lilia fœdantur quo uiguère solo.
 Nec frater muto per soluit iusta sepulchro,
 Nec Soror, effusas præsecuitq̄; comas,
 Nec longe ante alios infelicissima mater
 Leniuit morbi tædia longa tui:

IOAN. SECVND.

Et cum supremæ tetigit confinia n. etæ,
 Ore suo uitam carpsit ab ore tuo,
 Luminaq; occlusit longo damnata sopore,
 Et dixit morti, cur mihi tarda uenis?
 Tunc tempestiuè poteram migrare sub umbras
 Charus adhuc natus cum mihi saluus erat.
 Ille suis manibus nostros clausisset ocellos,
 Rorasset lachrymis & mea busta suis:
 Mollibus & uiolis sparsisset triste feretrum,
 Dixisset cineri uerba suprema meo.
 Talia non quæstæ est genitrix in funere mcesto,
 Multa sed ijs queritur nunc grauiora tamen.
 Et uellet partus bona non sensisse beati,
 Et uellet nato iam caruisse diu:
 Et mallet cœlebs, ut non foret orba, fuisse.
 Nam mala respectu sunt grauiora boni.
 Te quoq; credibile est opulētas, Elandria, glebas
 Respersisse uagi fluctibus Oceani,
 Ut fletes longè uenerandi funus alumni,
 Tollere qui poterat non en in astra tuum.
 Mitte malas lachrymas, iã nũc tibi nomē ab illo
 Elandria, pars melior quã patet orbis, habes.
 Tu modo, tu iuueni uacuum compone sepulchrũ,
 In patriam maneis & reuocato pios.
 Artumulo in uiridi, quam uiuo lata parabas
 Effundat castas Laurus opaca comas,

FVNER. LIB.

Taleq; perpetua cæletur carmen in urna,
 Colle sub hoc nullus membra sepultus habet;
 Hunc tibi uel tumulum posuit Sucquete uel aram
 Carole sat felix Flandria te genito,
 Gentibus Alpinis mortis concessit honorem:
 Quisquis es in longis disce pericla uijs.

EPITAPHIUM Lucij Tabellarij, in uia ab
 Latromibus occisi.

ET tumuli, & mortis sedem sortitus eandē;
 Hac situs est, moriens quā rubefecit, humo
 Nuncius infelix, uita spoliatus & auro.
 Securum nactus carpe uiator iter.

EPITAPHIUM DESYDERII E-
 rasmi Rotrodami.

DEfunctus uita, longiq; laboribus æui,
 Hac situs est tādē doctus Erasmus, humo.
 Quem licet in sera rapuerunt fata senecta,
 Et uitæ saturum sopiit alta quies,
 Nos tamen hunc, uelut immaturo funere raptū,
 Flemus, & effusus diffluimus lachrymis.
 Ille igitur perijt, & quondam illa illa diserta
 Et dulci manans nectare lingua tacet.

IOAN. SECVND.


Ingeniumq; sagax, & amor uirtutis, & æqui,
 Omnia sub paruo condita sunt tumulo.
 Illum igitur canos Virtus lacerata capillos,
 Et Charites lugent, luget & ipsa Fides.
 Collectasq; rosas Permessi ad flumina, Nymphæ
 Inspargunt sacro Pierides tumulo.

EPITAPHIVM Nicolai Hacquini Iuris
 con. Henrici Octauæ Anglorum Regis
 ad Carolum. V. Impera.
 Legati.

Missus ad occiduos regis legatus Iberos,
 Cuius cœrulei uenerantur sceptræ Britanni
 Sic ne iaces, sicca Arragorum tumulatus arena,
 Quâ Barbastra uetus, rapido iacet accola Cige
 Hacquines: & legum studijs & diuite præstans
 Eloquio, Regisq; decus patriæq; remotæ
 At tibi rex reditum incolumem, dulcesq; tuorum
 Amplexus, senioq; tuo tranquilla parabat
 Ocia, nec meritos non adijciebat honores,
 Auratoq; pedo dextram, mitraq; capillum
 Exornans, sed fata deos superantia reges
 Vota caduca tua & domini fregere potentis:
 Totq; tibi exhaustos terraq; mariq; labores,
 Et studia, & uarias arteis, & inutile nomen,
 Omnia

EPIGRAM. LIB.

Omnia tam paruo clauserunt dura sepulchro.
 Est tamē est aliquid quod inertia busta reliquēs
 Aetherias longē uiuax prorumpet in auras,
 Euectum niueis famæ per inania pennis.
 Atq; aliquis ueniens longinquis hospes ab oris,
 Marmor ab externa clarum uenerabitur umbra
 Et dicet lachrymans, Heu non tibi debita tellus
 Ista fuit, tenerisq; rosis miscabit amomum,
 Et nigras urnæ uiolas & lilia fundet,
 Mâibus & longam optabit, cineriq; quietem.

 IOANNIS
 SECUNDI HAGIENSIS EPI-
 grammatum Liber

Vnus.

In Scholam Bituricensem, in qua Andreas Alcia-
 tus Leges Ciuileis interpretabatur.

A Ede quis hac habitat? Deus an Dea: iam
 mihi mentem
 Cynthius insolita relligione mouet,
 Et mihi iam uersus facili nascuntur in ore:
 Seu Deus heic habitat seu Dea, Numē adest.

H 3 Et

IOAN. SECVND.

Et Deus hæc, & diua potens sacraria seruat.
 Quæ Dea: de cælo quæ modo sera redit,
 Ac qua bonis nec triqua malis quæ premia librat,
 Quis Deus: alato qui pede carpit iter,
 Arcas, Athlantiades, magno satus è Ioue, cuius
 Molle sub arguto pollice tinnit ebur.
 Et potuit rursus cælo dea iusta relicto
 Cæ de coloratas orbis inire vias:
 Quæq; prius metuens scelerum cunabula fugit,
 In mala nunc audax inueterata ruit:
 Scilicet hac cælum uirgo sub lege reliquit,
 Ut duce Mercurio carpere posset iter.
 Carpsit iter, primumq; uaga hæc uestigia fixit,
 Iuncta ubi facundo cum duce regna tenet:
 In uetiq; modo, mentis decreta seueræ
 Ornat festiui dotibus eloquij

IN PETRVM

quendam.

CVM tu sis leuior uolante fronde,
 Pluma, corrice, quiq; sole pura
 Fer leueis atomi serumur auras,
 De peira tibi nomen hoc parentes
 Mirabar tribuisse ponderosum,
 Sed petram quoq; pumicem uocamus.

EPIGRAM. LIB.
AD CAROLVM

Catsum.

I Anus ancipiti uetustus ore,
Labentis tacite nouator anni
Adest Carole, quid moramur: eia,
Viuamus, neq; creduli futuris,
Carpamus spacium uolantis anni
Sic, o, sic tua cuncta, dii, deaq;
Non isthoc modo, pluribus sed annis
Fortunent, seriesq; tota cceli
Sit patrona tuis amica uotis.
In primis dea, que creata ponto,
Vndosus animus moue: tumultus,
Et, nunq; uacua grauis sphaeraera,
Et semper uigili timendus igne,
Lasciuæ comes Aliger parenti,
Sint mites tibi, prosperemq; molleis
Quas dabunt tibi, uel dedere flammis,
Multis basiolis fruaris, & te
Amantem sibi quæq; quærat, & se
Substernat tibi, læta mollicellis
Formosissima quæque de puellis,
Nec poscat neq; gratiam, nec æra,
Nec rubri spoliū maris, nec aurum:
Sed charus magis ipse sis uel ære,
Vel rubri spolio maris, uel auro.

H

◆

In lma-

IOAN. SECVN.

In Imaginem Herculis, Cupidinem tergo gestantis, ac prope succumbentis oneri.

ANte quibus cœlum fuerat leue pondus,
ijdem
Nūc grauis est humeris sarcina, paruus Amor.

In Charinum deformis Vxoris
maritum.

NVper Charine coniugem
Vidi tuam, tam candidam,
Tam lacteam, tam floridam,
Cultam, modestam, blandulam,
Vt si mihi taleis bonus
Concesserit treis Iupiter,
Diti daturus sim duas,
Auferret ut superstitem.

In medicum Sicarium &
Veneficum.

ES simul medicus, simul Cherurgus:
Cur mittis Stygium uiros ad orcum,
Et manu simul, & simul Veneno.

In Passerem Glyccres.

HOstili Passer felis raptatus ab ore,
Læguit, exiguā deposuiq; animam,

Quem

EPIGRAM. LIB.

Quē postq̄ Glycerē illachrymās fouitq̄; papillis
 Frigidulum, & tepido rore rigauit amans,
 Palpitat, & teneros reptat noua uita per artus,
 Moxq̄; uagus rosea profilit è latebra,
 Et fugit atrias non obseruatus in auras:
 Illa dolet, gemitus & ciet ore grauis,
 Guttaq̄; per nitidas distillat nitrea malas,
 Distinctum gemmis quale renidet ebur.
 Ingrate heu nimium passer, qui deseris illam
 Quicquid habes animæ munere cuiushabes
 Dissimilem, ô, sortem. te lux mea, te sequor unâ,
 Cum tories dulci me spolies anima.

IN ALIUM PASSEREM
 eiusdem Glyceres.

IMproba de Domine gremio dū puolat Ales,
 Corripitur Domine cōprimiturq̄; manu.
 Illa quidē moritur, sed sic iuuat ire sub umbras,
 Sæpe mori simili non nece posse, dolet.
 Hoc bene scit Glycerē, formæ sibi conscia tantæ
 Inq̄; sinu tepido callida condit auem:
 Nec mora, uisa mouere suas, & mouerat alas,
 Atq̄; iteram Dominam pessima deseruit:
 Illa manu celerem sequitur, cupit illa teneri,
 Et manibus rursus uirginis immoritur.

IOANN. SECVND.

Inuidi, infelix, tam dulcia fata uolucris,
Optauitq; iisdem posse mori manibus.
Illa negat, sortem, o, miseram, cur impia, currit,
Cui uitam renuis, rennuis interitum?

IN POSTHVMMV.

CUr posthumus cœnat foris?
Vt ne domi cœnet suæ.

IN MARVLLVM & Varium.

Marullus Variusq; Septimillæ,
Donauere toga noua maritum.
Nunc ille ambulat huc & huc togatus,
Et transit fora, porticus, tabernas,
Vicos, balnea, fornices, popinas,
Nec toto decies reuisit anno
Relictam dominis domum nouellis,
Securi modo sæpe luce prima,
Securi modo sæpe sole sero,
Securi medio die fruuntur
Marullus Variusq; Septimillæ.

IN LYDIAM FOEDVM

amatorem auidè amplexantem oscu-
lantemq;

Ditis

EPIGRAM. LIB.

Ditis amatoris cur lurida basiet ora
 Lydia, miratus sæpius ante fui,
 Desino mirari, uidi cum pinguia nuper
 Nobilis ignaui lingeret ora canis.

IN LYCORIDEM

Toletanam.

Sex faciem drachmis diuēdit Ibera Lycoris,
 Sive iure quidem, tanti uenditur illa foro.
 Si bene perpendas, tantum cupit illa rependi
 Quæ facit in uultu damna proteruus amās,
 Vix libanda dedit summis sua labra labellis,
 Pars eni pti subito magna coloris abit.
 Disceditq; labris pētis rubicundus amator,
 Et sibi lucenti plus placet in speculo.
 At si quis positos turbauit fronte capillos,
 Fit cito crinitus qui modo caluus erat.
 Forte senex patulo improbulus lasciuit in ore,
 Dentibus efficitur ditior innumeris.
 Callidus hanc Caius, tot ne dispendia formæ
 Sic redimat, mœcham mane futitor adit.

IN EANDEM.

Mitte peregrinis opplere coloribus ora:
 Nudus Amor nudæ munera frontis a-
 In anto-

IOANN. SECVND.

In Antonium Mōssicam cum Tauro
pugnantem.

INcauto iuueni Taurus ruit obuius, ille
Corripit iniecta cornua bina manu,
Præcipitisq; feræ cursum confregit & iras,
Et iam fracturus cornua uisus erat,
Noluit, Alcidae dedit hoc, ne fama taceret
Voluat adhuc mutilas cur Achelous a quas.

DISTYCHON Ensi inscriptum.

PRO domino fontem mihi fas haurire cruorē,
Cum furor innocuū iustus in arma uocat.

INSCRIPTIO imaginis, formosæ uirginis,
ad uiuam effigiem a semetipso
calatæ.

FERRIPOTĒS meli9 poterat Mars ducere cæla
Sed Veneris uinci non tulit ora suæ.

IN CAROLVM Quintum Imperat. P. F.
Aug. Cum in Aphrica
pugnaret.

Aeneæ sanguis, formosi sanguis Iuli
Carolus, in regnum uenit Elisa tuum,
Vindictæ

EPIGRAMMA. LIB.

Vindictæ à sæuo pius ut tua busta Tyranno,
 Armatas ducens per freta mille rateis.
 Illius auspicijs præscò reddentur honori
 Mœnia, Romana quæ cecidère manu.
 Ergo age, in Aeneadas odium fatale remitte,
 Spectatumq; ueni Cæsaris ora Dei.
 Crede mihi, dices, huius si ardore perissem,
 Causa meæ fuerat mortis honesta magis:

IN GRAMMATICOS

Ad Hieronymum Sunitam Cæsar-
 augustanum.

SI ter raris opes iuuant beati,
 Si te liberioris aura cœli
 Salubris iuuat, arborumq; factu
 Distinctus uiror omnium colorum,
 Si lenis tremula quies in umbra,
 Quæ fagus patulis comata ramis,
 Laurus ue innuba, Populus ue pallens
 Confringit rabiem Leonis usti,
 Quæ centum quærulæ strepunt uolucres,
 Et centum superat modos uoluctrum,
 Crudum Threicijs scelus Tyranni
 Longa Daulias integrans querela:
 Quæ stringit uirideis amœna ripas,
 Crystalloq; liquente serpit unda,

Mox

IOAN. SECVN.

Mox cum murmure bulliens sonoro
 Pugnantibus aqua concitat lapillos,
 Hæc si te recreant, amice dulcis,
 Nec cœnare poetis patellis,
 Lactucasq; times cucurbitasq;,
 Huc ad nos propera, ferasq; tecum
 Totum quicquid habes facietiarum,
 Et quicquid salis, atq; risionis,
 Triginta solidis diebus absens
 Seruasti accumulans tuo Secundo;
 Sed te per genium tuum, meosq;
 Per Faunos, Dryadesq; per puellas
 Hellepontiacum per & Priapum,
 Ne de Grammaticis amice quenq;
 Adducas precor huc, molestæ gens est
 Nec ridere mihi liceret illos,
 Ut mos est meus, omnibus cachinnis.
 Nam quidam mihi rettulit Poeta,
 Notæ Grammaticum seueritatis,
 Noctæ atq; dies dolenter angi,
 Quod nec Grammaticum uocare doctum,
 Nec se Grammaticam uocare doctam,
 In libri titulo sui uenusti
 Possit, cum generis sit ipse neutri.
 Cui uates meus, ut graui labore
 Iam tandem miserum senem leuaret,

Secu-

EPIGRAM. LIB.

Securè pater, inquit, eloqueris
 Si te Grammaticosq; masculinos
 Tecum, Grammaticosq; fœmininos
 Communeisq; simul simulq; neutros,
 Omnis, Grammaticum pecus uocabis.

IN DISCESSVM SVVM EX HI-
 spania cum regionis aère offensus gra-
 uissimè laboraret.

Hesperia sineis areneis linquimus ægri,
 Et petimus blandæ dulce solum patriæ.
 Et, quorū in manibus melius moriemur, amicos:
 Cur inuisa mecum terra moraris iter?
 Cur mihi tot montes, & saxa obstat is cūcti?
 Vere quid in medio me fera pulsat hyemse?
 Ninguida diluuium mittit liquefacta Pyrene,
 Et madidus pluuius Iupiter addit aquas.
 Parce meo cineri, iam non Hispania uiuo,
 Quid iuuat heu maneis sollicitare meos?
 An uero, paucis cum sis fœcunda Poëtis,
 Laudem de tumulo quæris acerba meos?
 V: lubet, ipse tamen fugiam terraq; mariq;
 Ne mihi sis, etiam post mea fata, grauis.

IN CYNTHIAM Propertij.

Cyn-

IOAN. SECVND.

Cynthia te postq̄ mors abstulit atra, tuisq̄
 Induxit furuas luminibus tenebras,
 Tum uero simileis uerita est Latonia casus,
 Occideret nebula ne labefacta pari.
 Et, quories tellus fraternos impedit igneis,
 Exemplum fati Diua tui metuit.

IN CAROLI Quinti Imperat.
 Natalem.

Cur niue Cæsareus gelida natalis inhorret
 Cædida uti foret hæc lux uoluere Dei.
 Cur igitur Phœbus latet aureus? haud opus illo
 Phœbeum fundit Cæsar ab ore iubar. (est)

IN NEAERAM.

Lumina mi atq; animū ccepit tua cædida for
 Moribus offēdor, torua Neæra, tuis. (ma,
 Nec mihi nuda places, sed cum uestita recūbis,
 Basia me capiunt, non amo concubitus.
 Quot doteis natura dedit, totidem tibi mendas
 Addidit, & tamen, heu, tere ego depereo.
 Nimirum cæcus non est cum pulchra tuetur,
 Tunc Argum tunc & Lyncea uincit Amor.
 At mendas spectare, auersa fronte, recusat,
 Tunc & Tiresia cæcior, & Thamyra.

Ad

EPIGRAM. LIB.

AD ANDREAM Alciatum, cum ipse &
Hadrianus Marius frater personati, si-
gura Solis ac Lunæ, noctu ad
eum uenissent.

A Vreus en Phœbus, soror en argentea Phœ-
Iungūt diuersas nocte silēte facis. (be
Alciate hunc tribuunt tibi numina lucis honorē,
Cuius in æterna luce uigebit honos.
Miraris nigra Phœbum te uisere nocte?
Opposito laudes audiit orbe tuas.

IN Libellum suum Basiorum.

C Asta quòd enerui cantamus basia libro,
Versibus illudit fusca Lycinna meis,
Et me languiduli uatem uocat Aelia penis,
Quæ Venerem in triuijs porticibusq; locat.
Scilicet, expectant nostrum quoq; noscere penē:
Parcite turpiculæ, mentula nulla mihi est.
Nec uobis canto, nec uobis basia figo:
Ista legat teneri sponsa rudis pueri,
Ista tener sponsus, nondum maturus ad arma
Exercet uarijs quæ Venus alma modis.

IN Iouium.

Tenduntur nerui, formosa quiescit in ulnis,
Cypridis ad blandum sollicitatur opus,
I Nec

IOAN. SECVND.

*Nei persuadetur Iovius soletur ut illam,
O, nimium gelida religione uirum.*

IN FICTOS Amicos.

INtumeam zephyris si turgida uela secundis,
Et ueniant fatis omnia læta tuis,
Mille tibi comites, & mille parabis amicos,
Affinis, dominus, cunctaq; solus eris.
At postq̄, infidum mutans semel aspera uultū,
Ingruerit uelis aura nocua tuis,
Tum qui iam fueras tot circumseptus amicis,
Et modo qui dominus, qui modo frater eras,
Hæc sola à cunctis infelix dicta reportas,
Quis mihi quid tecum: proximus ipse mihi.

IN GELLIAM.

Cum mihi de uarijs traheretur sermo puellis
Tecum, deq; bonis, Gellia, deq; malis,
Sic mihi tum memini te respondisse, supremum
Et finem uerbis imposuisse meis.
Illa sapit demum quæ se putat insipientem,
Desipit hæc nimium quæ sibi, læne, sapit.
Hic ego, quid uero de te mea Gellia sentis:
An sapere, an contra stulta uidere tibi:
Stulta refers sum stulta mihi, ridesq; suauem,
Scilicet officio q̄ bene sancta tuo.

At caue

EPIGRAM. LIB.

At caue, ne, dum te sic stultam dicis, ut isto
Te mihi prudentem testificere modo,
Gellia captata frauderis laude: nec esse
Prudens iudicio comperiare tuo.

IN Q V E N D A M ex tempore
uersus facientem.

D Vm te cuncta uidet arcta cōstringere legē
Effugiunt linguam uerba soluta tuam.

IN Q V E N D A M.

D Vm tu elegos dicis quæ heroica carmina
scribis,
Dignus eras ueros qui faceres elegos.

AD FRANCISCVM Honerium Ma-
clinien. pro Marullo Poëta
commodato.

E NFrancisce redit tuus Marullus
Aequè cultus ut ante, diues æquè,
Nec uel uersiculo minutus uno:
Thesaurum tamen ille iam reliquit
Nobis ex opibus suis perennem,
Nullo pauperior nec a se factus.

IOAN. SECVND.

Qua pro re Domino tot esse grateis
 Relatas cupimus, quot ex politos
 Verius continet optimus Marullus,
 Quot saleis lepidos, iocosq; molleis,
 Quot laudes ueterum pias Deorum.

AD EVNDFM.

Cum legerem facileis elegos Fraciscae Ma-
 rulli.

Miratus lepidos cum grauitate iocos,
 Et quis adhuc inquã sani modo pectoris est, ^{qui}
 Vera neget Samij dicta uerenda senis?
 Cernimus en culti mentem remeasse Tibulli,
 Corpore conclusam culte Marulle tuo.

IN Gelliam.

Si non est graue, si uacat,
 Cur uendis Venerem, dic mihi Gellia,
 Cur uendis, quod emas libense
 At tu, si memini, sæpe soles prius,
 Cuius tantopere es modo
 Parca, & facta tenax, reddere sæpius
 Quibuscunq; rogantibus.
 Aut si nemo rogans, nemo uolens erat,
 Ipsam te memorant pias

EPIGRAM. LIB.

Effudisse preces, & iuuenum leueis
 Pellexisse animos, tuum
 In uota n̄ facileis, quisnam etenim neget
 Oranti tibi Gellia
 Quæso, tam pia, tam dulcia, tam bona:
 At nunc, cum tibi languida
 Vultum ruga secare incipit & nouas
 Inspargit capiti niueis
 Aeni bruma rigens, nec modo dentibus
 Os superbit eburneis,
 Nec labris remanet qui fuerat decor,
 Et fugit color ille, qui
 Tingebat niueas purpureus genas,
 Cur nunc, cur subito Venus,
 Quam nunc te deceat uel dare maximè,
 Emptam quam uel oportuit,
 Cur nunc illa tibi, cur, rogo, uenditur:
 Non hoc, non tibi parcitas,
 Quæ pigro senio sæpe comes uenit,
 Non, si te bene nouimus,
 Hoc suadet noua nunc Gellia castitas:
 Sed, si conijciam finis,
 Diuinabo equidem, si m̄ licet ipse nec
 Vates, nec teneam sagax
 Aut cantus uolucrum fata canentium, aut
 Pennæ præpetis omina,

IOAN. SECVND.

Olim cum roseas prima iuuentula
 Pinxissetq; genas tibi,
 Pinxissetq; simul labra corallina,
 Nata ad dulcia basia,
 Atq; instructa suis lumina spiculis
 Ornaßet cilijs nigris,
 Tum tu, quas dederat pulchra Venus tibi
 Doteis omnibus affluas
 Gratis larga dabas, scilicet has tibi
 Sperans perpetuas fore:
 At postq̄ perijt læta iuuentula,
 Et iam te in speculo uidens,
 Formam longe aliam cernere cogers,
 Et rugis faciem asperam,
 Canosq; ad speculum uellere limpidum
 Inuisos misera occipis,
 Tum demum gemis, & te miseret tui,
 Et lapsos uirideis male
 Nulla fruge dies Gellia deuones,
 Et lucri in senium nihil
 Quesiuisse dolet, panitet, & pudet.
 Ergo, dum licet, & breui
 Compendi numero canicies potest,
 Et rugæ numerabiles,
 Nec dum, læsa parum, forma uirentibus
 Planè spernitur à uiris,

Iam

EPIGRAM. LIB.

Iam mutas animam callida prodigum,
Et mirantibus omnibus,
Aurum difficilis munerâq; expetis,
Ut, postq̄ tremulo gradu
Deforme adfuerit mox senium tibi,
Et nemo fuerit, tuis
Qui iunxisse labris oscula pallidis,
Mollem tangere qui sinum,
Qui corpus cupiat cernere mortuum,
Non desit tibi scilicet,
Quo tum rursus emas, quod modo uenditur.

IN EANDEM.

Gellia, miraris. cur auro uendat amorem?
Scilicet, ut, sit, quo callida rursus emas.

IN BIBLIOTHECAM IMPERA
TORIS Caroli. V. Quae est in Cu
ria Hagienſi apud Batavos com
parata impēſis Ioannis Ha
rij Canonici.

Ecquid adhuc ſacri, uirideis Helyconis ad
undas
Quae eritis Aonias, nescia turba, Deas?
Heic nūc Mūſarū domus eſt, heic doctus Apollo,
Heic poſuit ſedeis Dorica diua ſuas.

IOAN. SECVND.

Hoc meruit sacriq; chori Christi q; sacer dos
Harius, in libros qui bene uertit opes.

IN CALVM niam Luciani uersam per Ru
moldum Stenemolam.

Q Vas struit inocuæ uersuta Calūnia uitæ
Mille cupis fraudes noscere: mille dolos:
Per lege quod media Rumoldus ab Hellade sūptū
Nobile Palladiæ transtulit artis opus.

IN DIALOGOS aliquot Luciani, carmi-
ne latino à se & fratribus redditos.

Q Vi cupis à tetricis paulisper ludere curis
Et dare ridiculis tempora pauca deis,
Hæc lege, quæ nuper sermone uagantia laxo
Græca, per Ausonios iussimu: ire pedes.
Primus mellifluo quondã hæc dedit ore disertus
Lucius, ille hominum risor, & ille Deum.

AD IOANNEM Schorellium
Pictorem Propempricon.

I, fausto pede, patrias ad urbeis
Diuinæ renouator artis, ito:
Nec picus uetet ire te molestus,
Nec cornix iter ominosa rumpat:
Faunus dux erit, & celer Deorum

Inter-

EPIGRAM. LIB.

Interpres, liquidas uolans per auras:
I fausto pede patrias ad urbeis.

IN BVBALVM MALVM
POETAM.

DAedala mens hominum quicquid scruta-
ta, quod aut os
Protulit, artificum uel posuere manus,
Agrippa hostili totum lacerauerat ore
Ausus in Aonias sumere tela Deas.
Non tulit hoc uates, & numine concitus æquo,
Bubalus in fontem carmina dira canit.
Quodq; magis laudes, nullo suadente fauore
Scribit, & ignotis fert miseratus opem.

IN EIVSDEM ineptum carmen, de morbo
suo: quod Morbilogum appellauit.

BVbalus ægrotat, Pæan succurre Poëtæ,
Ne, quoties læguet, tã mala uerba uomat.

IN PICTVRAM ICARI.

TRamite securam medio decurrite uitam.
Sit satis hoc Pueri uos didicisse malo,
Torrída Phœbeo qui dum loca peruolat igne,
Ignoto posuit nomina prima mari.

IOAN. SECVND.

IN CAESAREVM TRIVM-
 phum Bononiæ post coronationem celebratum,
 ab Nicolao Hogenbergo sculptū impressūq;
Cæsareas, sãctiq; patris logo ordine turmas
 Aspice, & artificẽ ter uenerare manũ,
 Tradere quæ potuit rigido mansura metallo
 Nomina magnorum tot generosa uirum.
 Pictor Hogenbergus quod per tua secula cernas
 Hoc tibi, posteritas uiuida, fecit opus.

IN IDEM OPVS. (Eois,

Cæsar, & Hesperijs & qui dominaris
 Accipe quod tenebris te prohibebit opus.
 Non fato uenieme cades, multosq; secutus,
 Ignotum longa nocte premere caput:
 Sed, cum uicturis uicturus Carole chartis,
 Ibis ad Antipodum regna, secutus auum.

IN MAGNIFICAS AEDEIS QUAS
 Bruxellæ struxit Maxæmilianus
 Transylvanus.

Cerne, hospes magni salietẽ è uertice patris
 Insignẽ galea, clypeoq; & cuspi de Diuã,
 Aspice Mulciberum, quem dissecuisse cerebrum
 Altfremi grauidum Iouis, obstetrice securi,
 Finxitur

EPIGRAM. LIB.

Finxerunt ueterum mellita pœmata uatum.
 Quiq; gerit pedibus celeres & uertice pennas
 Mercuriũ, namq; hic præsto esse per oĩa patri
 Creditur, & iussas deferre per aëra uoces.
 Cerne &, uocaleis tentantem pollice neruos,
 Threijcium uatem, qui carmine saxa potenti,
 Vrsosq; tygresq; trahit, rabidosq; leones,
 Dum gemit Euridices fatum miserabile raptæ,
 Persephonenq; potest rigidam mollire canendo.
 Deniq; suprema merito quam sede locauit
 Ingeniosa manus, procul à tellure remotam
 Suspice diuinam Sophiam, quæ arcana polorũ
 Rumatur, monsi ratq; uiam quã sidera tangas.
 At tibi dent superi quod Transyluane mereris,
 Qui facis, Ansoniæ minus inuideamus ut urbi.

TRIA MALA.

Quæ mala sint hominũ rebus tria maxima, scire
 Quarishabe paucis, scemina, flāma, fretum.

IN LIBELLVM IOACHIMI RO
 landi Maclinien. Medici, de nouo
 morbo sudoris.

Q Vi cupis ignotæ naturam discere pestis,
 Et formidatæ doctus opus furia,
 Spicula

IOAN. SECVND.

Spicula securus uapida contemnere mortis,
 Accipe qua uites callidus arte malum:
 Accipe qua tollas cum iam penetrauerit ossa:
 Accipe qua claudas & redeuntis iter:
 Scilicet hæc multo tibi dat sudata labore,
 Gloria Maclinia lausq; uel una sua,
 Primus Apollinea Ioachimus in arte medendi:
 Quæ nuper miseros dum latuere homines,
 Heu quot in ardenti fumarunt corpora lecto:
 Mortis & ignotas extimere uias:
 Heu quot ubiq; animas exsudauere repenteis,
 Transmissi stygijs in noua regna uadis:

IN NERONEM.

TArpeia ferus arce Nero subsidere uidit
 Urbis opes magnæ, populatibus oia flâmis.
 Clamant un dolor unus erat iuuenumq; senumq;
 Solus at hic, nullo rerum discrimine mæstus,
 Aureis, atq; oculos ululatu pauit, & igni.

AD ROMOLDVM STENEMO-
 lam, præceptorem suum, quum ei amatorias
 aliquot Elegias mitteret.

CVi mitto calidos, nouos amores?
 Nec satis lepidos, nec expolitos?

Nimi-

EPIGRAM. LIB.

Nimirum tibi, namq; tu putabis
 Meas esse aliquid Romolde nugas,
 Assuetus genium probare nostrum,
 Iam tum, quom imperio tuo sonabam
 Paruus carmina rennuente lingua.
 Ergo, habe tibi quicquid hoc amorum est:
 Et quicquid uenit a meis Camcenis,
 Totum crede tui laboris esse.
 Mox autem recitare plura certum est,
 Quom nos Haga breui tenebit ambos,
 Et iuncti pariter locum teremus
 Sacratum Veneri, & nouem Deabus,
 Longo quâ Tilia explicata tractu,
 Diffundens patulos opaca ramos
 Frangit sideris impotentis æstum.

AD MARCVM ANTO.

Caicum.

Macte nouis animis, sic itur ad ardua cœli
 Digne domo nec frustra adytis admisse
 repostis

Alciati magni: tu nunc eris altera fama
 Gymnasiij, quod nomē habet seu quâ leuat undis
 Sol currum, seu quâ tingit fumantia lora.
 Ergo tuis insiste uijs Caime diserte,
 Exemplumq; nouum tanti tueare magistri,
 Romanas

IOAN. SECVND.

Romanas leges Romano qui ore recepit
 Oblitas iam penè (nephas) sermonis auiti:
 Primus & externa longe de gente reduxit,
 Exilium patriæ per pefas mille per annos
 Barbari in fceda, & natalibus intulit aruis
 Antiqui Latij, Dominâq; locauit in urbe.

AD MATRONAM quandam: ut Iræ
 Mariti cedat.

Mitibus obsequijs animos cõpescere feroceis:
 Tristis in iratos non habet ira locum.
 Libera quæ ripis diductis unda uagatur
 Tranquillum tacito tramite radit iter:
 Hæc eadem fineis si constringatur in arctos,
 Præcipiteis rauco murmure rumpit a quas.

IN DVOS AMANTEIS, MV:
 tuo se Basianteis in æde
 Sacra.

State cum pulchris iuuenes puellis,
 Iungite & dextras, neq; templa, nec uos
 Ara diuellat ueueranda diuim.
 Quin inauratæ temerentur aræ
 Aureo pro Basiolo puellæ.
 Lædit, & magno hic pudor est pudori.

Voluptas

EPIGRAM. LIB.
VOLVPTATIBVS OMNIBVS

adhibendum esse
modum.

(tas

E St modus et dulci: nimis immoderata uolup-
Tædia finitimo limite semper habet.
Cerne nouas tabulas, vident florente colore,
Picta uelut primo Vere cõruscãt humus:
Cerne diu tan en has, hebetatãq; lumina flectes,
Et tibi conspectus nausea mollis erit:
Subq; tuos oculos aliquid reuocare libebit
Prisca quod inculta seclã tulere manu.

DETESTATIO MORTIS

accersitã.

Q Vid iuuat, heu, ferro fatum properaret
uel undis?
Sponte uenit, tacitum nec remoratur iter,
Scilicet hæc omnis spaciosum turba per orbem
Victima Plutonis nil miserantis erit.
Vnũ omneis exspectat iter: quod Troius heros,
Quod Numa, quod Tullus diues, et Ancus ijt

AMOREM ESSE IM-

medicabilem.

A Rtifices herbæ sanãt genus õne malorũ,
Solut Amor medicã spernit et horret opẽ.
Aliud

IOAN. SECVND.
ALIVD.

Quom gemina sanetur ope quodcunq; ma-
lorum est,
Solutus Amor carmēq; sacrum contēnit & herbas.

IN EANDEM.

sententiam.

Accersit medicas curas quodcunq; malorum est:
Ipse sibi uulnus nutrit acerbus Amor.

IN LAVDEM Andrae Alciati,
quom Urbem Bitturicensem pro-
cul adueniens primum
adspiceret.

Bitturigū turreis et moenia sacra Camoenis
Saluete ex alio nobis procul orbe petita.
Magnus ubi Alciatus, tamo post tēpore, primus
Musarum fidibus artis decreta seueræ
Aptat, & antiquo reuocatur uita Soloni.

AD IANVM.

Iane biceps anni tacitè labentis imago,
Postq̄ omnem Cæsar sub iura redegerit orbē
Claude tui portas templi, Pax aurea mundo
Surgat & auspicijs paribus cum Cæsare regnet
In com-

EPIGR. LIB.
IN COMMENDATIONEM TO-
picorum Legalium Nicolai Eue-
rardi patris.

Constituunt alij duro de marmore signa,
Constituit tabulas ille uel ille sibi,
Ille domus fundamentis deponit in imis.
Quæ referant uultus æra notata suos,
Scilicet hæc olim multos mansura per annos
Post obitum uitam reddere posse putant,
Tēpore sed tabulæ intereunt, & tēpore marmor,
Rubigo in cineres & dabit æra leueis,
Attamen ut maneant, nil, q̄ sine mente figuram,
Et certè nil q̄ corpus inane dabunt.
Docte parēs quāto hæc melius post fata reliques
Testentur mentem quæ monimenta tuam?
Nomē inextinctū ad seros mittantq; nepotes,
Vsq; sub extremos non peritura dies:
Nempē urbes donec, & prædia rustica donec,
Donec erunt ripæ, flumina donec erunt,
Donec patris erunt & donec iura patroni,
Iura cerebrosi donec erunt domini,
Dum puer, imperio tutoris pressus acerbo,
Damnabit longæ tempore lenta moræ,
Dū iuuenis tenerū imprudēs fraudatus ob eū,
Prætoris mitem sæpe requiret opem,
K Donec

IOAN. SECVND.

Donec, sacratae legis praecepta secuti,
 Conuenient socio foemina uirq; thoro,
 Donec suprema moriens testabitur hora,
 Scribet & in tabulis iussa tremente manu,
 Dumq; reus, dumq; actor erit, dum caussidicorū
 Perstrepet infano uendita lingua foro,
 Iudex arbitrio dum liteis dirimet aequo,
 Praemia dansq; bonis praemia dansq; malis,
 Vsq; tuum in toto nomen celebrabitur orbe,
 Longaq; durabit secula fama recens.

ALIVD IN EVNDEM Librum de-
 signans primis ac postremis singulorum
 uersuum literis libri
 autorem.

Nicoles uario longum quaesita labor E
 Ista dat, extrema iam renouata manV
 Gausa noui studij luuenes, curaq; resumpta E,
 O si quis uobis est pietatis amor,
 Lato animo, grataq; manu noua sumite donA,
 Accipiat precium hoc cura grauisq; laboR.
 Utile sic uobis uti sit dent numina, quicquid
 Sudauit clari mens operosa uir I.

DE FORTVNA an sit caeca.

Cut

EPIGRAM. LIB.

Cur Fortuna oculis carere fertur?
Custos quòd premit, & beat nocenteis.
At uero hac ratione cæca non est.
Internoscat enim bonos malosq̄,
Illos ut premat, hos iuuet, necesse est.

IN COMMENTARIOS cuiusdam in
Somnium scipionis.

Longo Scipiada sopore merfi
Scripsit somnia Tullius disertus,
Nigra somnia nigriora nocte.
At noster modo somnijs repertus
Interpres facilis tenebricosis
Petrus occidua profectus ora,
Tandem illa explicuit nitore multo:
Clara somnia clariora luce.
Sic iam sic uigilant uterq̄, uatrem
Per nostrum, Ciceroq̄, Scipioq̄;

AD IANVM LVCIVM

Brasicanum, Poëtam.

Sculpsi, quodq̄, manus et cæla dedere peregi
Exanimmm spectas, & sine uoce, caput,
Utq̄, diu uiuas per nos in imagine parua,
Longaq̄, conspicias secula, mutus eris:

K

2

Ergo

IOAN SECUND.

Ergo, age, perpetuum lapidi tu Iane silenti,
Carminē uocalir nam potes, adde sonum:

AD FRANCISCVM Craneveldium Se
natorem, poëtam.

Q Vale uiatoris f. ruenti sidere, flumen
Ora: repentino sicca liquore beat,
Tale tuum nobis carmen, uir magne, remouit
Si quid in affecto corde caloris erat.

AD LVCIVM ANG. ANDR. Resen-
dium Lusitanum, poëtam.

Q Vod tibi Pierios Vbrs aspirauit odores
Diuite quā Delus nat sinuosus aqua,
Turris ubi uastæ moles operosa superbit,
Mœniâq; hostili non superata pede
Non honor ille n. ibi debetur, docte Resendi,
Debetur fratri non honor ille meo,
Sed sua Thespiades oblectamenta secutæ,
Plectraq; Phœbæis æmula pectinibus.
Pertesæ laticesq; suos, & Apollinis odas,
Hæserunt lateri magne poëta tuo,
Tecta q; cum sacro subierunt hospita uate,
Mox & odorato rore rigatur humus,
Vestiturq; locus uiolis, quas legerat ipsa
Permessi in ripis Calliope roseis.

Hinc

EPIGRAM. LIB.

Hinc tibi Castalijs fragrarunt doribus auræ,
Fallor: an & nostris naribus hæsit odor.

AD GEMMAM Pbrisium
Mathematicum.

Gemma, cui secti patuerunt iniua mundi,
Et quicquid longa uidit uertigine Phœbus
Cui nubebis superare uagas, sedebisq; repostas
Mente datum sancta est, & auito currere cœlo,
Fataleisq; rotas tereti suspendere ligno,
Immortale feres nomen, dum gemma feretur
In digitis, fuluq; decens radiabit in auro,
Phœbæiq; terent iteranda uolumina currus.

IN LACVM in quo submergebatur Bitu-
rigibus Hieronymus Morestinus Me-
diolanen.

Anno. M. D. XXXII.

Abi hospes hinc, locumq; linque farosum,
Hæc est uorago dijs sacrata Lethæis,
Colore quam squallere cernis obsceno,
E luridi cognatione Cocyti.
Hæc illa dira, immitis, illa crudelis,
Luuenem in tenebras quæ modo nigras mersit

IOANN. SECVND.

Fortem, uirentem, nobilem, Itala ex gente,
 Inq; ima raptum. per uias humo occultas,
 Vnde est origo pestilens aquæ tetraë,
 Demisit undas hinc adusq; Lethæas.
 Abi hospes hinc, locumq; linque famosum.

IN PONTICVM quendam,
 Hispanum.

Attrectans digito muliebria, læserat un-
 gue
 Pöticus, hūc refecat dēte, uenustus homo est.

IN PICTVRAM fabulæ
 Phaëthontis.

DVm patrios moderatur equos Puer impa-
 re dextra,
 Perq; ignota uagum sidera currit iter,
 Orbis opes uarias cinerem mutauit in unum.
 Ab, discat uireis noscere quisq; suas.

IN ARCEM Reginae Albæ,
 PARIISIIS.

Cernite, flauēteis ubi uoluit Sequana lym-
 Semirutam, fertur quam coluisse prius
 Efferæ funestæ, regina libidinis, arcem,
 Nunc ultore mali ut tempore sola iacet:

Et

EPIGRAM. LIB.

Et, quassata undis, uentis habitatur & imbri,
 Multa ubi ferales nocte querantur aues:
 Cypris ubi mitis, flammæ exosa cruentas,
 Chaonias sedem ponere nolit aueis:
 Quâ strix, quâ Furæ uolitet, quâ plurima fatû
 Exululet raucis quæstibus umbra suum.
 Sic domus æternum numerosæ conscia cædis
 Impia lasciuæ facta luit Domine.
 Labuntur, lentis & condemnata ruinis
 Implorant hominum pendula saxa manus.
 Implorant frustra: stant hæc rata lege seuera,
 Instauratricem ne ferat ullus opem,
 Aut subeat gladios, precium pietatis iniquæ:
 Et quis adhuc ausit facta nefanda sequi?
 En etiam saxis mortem censura minatur,
 Longaq; post cineres stant monumenta mali.

AD GRAMMATICOS.

Dicite Grammatici, cur mascula noia cūnus
 Et cur fœmineum mētula nomē habet?
 Sic ego, sic aliquis senior de gente uerenda
 Rettulit, attollens longa supercilia,
 Mentula fœminei gerit usq; negocia sexus,
 Inde genus merito uendicat illa sibi.
 Indefessus agit res qui sine fine uirorum
 Masculæ non temere nomina cunnus habet.

IOAN. SECUND.
AD LVCIVM ANG. AND. RE-
sendium Poëtam Monachum.

Angele ad immeritas laudes ignosce ta-
centi:

Sic tua declivis plectra morentur aquas,
Vocalesq; modos Illex aurita sequatur,
Mitius & sortis te premat ira tuæ,
Nec te perpetuo grauet imperiosa cuculla,
Sed tua purpureus tempora cingat honor:
Quæq; gerit laurum, frons, & gerat illa galerû,
Hæc ego: fatipotens hæc rata Phœbe uelis.

AD EVNDEM.

Rebus in aduersis animosus, fræge superbæ
Iura Deæ, dominamq; rotam, quæ singula
uersat,

Stare loco impatiens, spera bene, forsitan astra
Adueniet grata hora suo, nec lenta moratur,
Quom te, cornuta cinctum sacra tempora mitra,
Sublimem, sortis meminisse iuuabit acerbæ.

IN PVELLAS BITVRICEN.

HEi mihi, formosas isto qui quærit in orbe
Crescentem segetē quærit in Oceano,
Iorte duæ uel tres magna uisuntur in urbe,
Nobile deformeis quas decus esse uetet:

His

EPIGRAM. LIB.

His adiunge decem, quas non contemnere possis.

Cætera monstrorum nomine turba uenit.

His tamen accumbunt iuuenes, dignæq; uidetur.

Cum quibus extensa prælia nocte gerant.

Illos posse putem rabidæ concumbere tygri,

Inq; cruentatas turpiter ire lupas.

EPIGRAMMATA Quædam è Græ-
co uersa.

In uanitatem uitæ humanæ.

OMnia sunt risus, sunt puluis, & omnia nil
sunt,

Res hominum cunctæ nam ratione carent.

IN EANDEM ferè sententiam.

Vita hominum scena est, lususq; aut lude-
re discas

Sepositis curis, aut miseranda feras.

IN SVBITO DITESCENTEM:

Non fortuna fauet dum te sic tollit in altū
Sed docet arbitrio te quoq; stare suo.

IN FORTVNAM

modicam.

K S

Non

IOAN SECUND.

Non ego diuitias cupio, sed uiuere tantum
Ex paucis, dum sint omnia tuta mihi.

SENEX Diues, de se.

PAuper eram iuuenis, nunc tandem etate se
nili

Ditesco, hei misero, tempore utroq; mihi.
Vti cum poteram, nummorum copia deerat:
Copia nunc superest larga, sed usus abest.

IDEM Fufius.

Quid facis, o, passim mortalibus æmula
sors: quid

Me sic habes ludibrio:

Olim cum media uiridem florere iuuenta

Datum fuit, cum perfrui

Diuitijs poteram sine sollicitudine, tum tu

Opes negabas inuida:

Nunc uero tandem, gelida aduentante senectâ,

Atq; ijs uetante perfrui,

Das mihi diuitias, o, quàm nec tempore in omni,

Nec cuncta, nec das omnibus?

IN NANVM.

Avsus formicæ Nanus conscendere tergum
Credebat domito sese elephante uehi.

At

EPIGR. LIB.

At uero, ut cursu fertur nimis illa superbo,
 Infelix media præcipitatur humo,
 Calcarusq; miser, quid rides inuide casum,
 Dixit, communem cum Phaëtonte mihi?

IN CVPIDINEM camino
 insculptum. (no)

Flāmiuomō Veneris quisquis fuit ille cami-
 Qui sculpsit puerum, credite, doctus erat.
 Scilicet æternæ penes hunc custodia flāmæ est,
 Per quem sopitus non queat esse focus.

IN VENEREM Cnydiam.

Cernere dum cuperet propriam Cytherææ
 figuram,
 Venit in undosam per mare uectā Cnydum
 Vtq; oculis totam lustrauerat undiq; formam,
 Dixit, Praxiteli uisa ubi nuda fuit
 Non te Praxiteles uidit Dea magna, nec est fas
 Cernere conspicuas, & sine ueste Deas.
 Qualem Mars uoluit, talem finxere Dionem
 Ferrea belligero subdita cæla Deo.

IN ICARVM CEREVm IN BAL
 neis positum è græco,
 Sed latius.

Quæ

IOANN. SECVND.

Q Væ mortis tibi causa fuit, nūc Icare vitā
Artifici spirans dat tibi cera manu.
Proq; mari infauſto genialia balnea ſeruas,
Teq; natatores, & tua facta canunt.
At tu deceptæ caue nunc quoq; fidere pennæ,
Balnea funeſto ne celebres titulo,
Nec tibi ſit tepido tua membra fouere lauacro,
Ne liquefacta tibi turpiter oſa fluant.

IN BVCCVLAM

Myronis.

D Icito paſtori noſtro, ſi uideris, hoſpes;
Hic moror artificis quod religata manu.

IN VENERIS

Statuam.

N Vda Venus nulli uifa eſt, ſi uifa ſed ulli
eſt,
Huc uidit, nudam qui ſtatuit Venerem.

IN DELIBERATAM

Mortem.

F Ata mihi properata canunt qui ſidera ſpe-
ctant.
At properata nihil fata Seleuce moror.

Ad

EPIGR. LIB.

Ad Stygias descensus aquas est omnibus idem:
 Serius, aut citius, una terenda uia est.
 Si prius emoriar, prius & Minoa uidebo,
 Lethæumq; lacum, ter geminumq; canem:
 Interea mihi uina, puer, stauentia misce:
 Et mihi substernat Lydia molle femur.
 Orco iter est pedibus: Venus, & mihi Bacchus
 e quorum
 Sint uice, tam longam sic iuuat ire uiam.

IN MEDICVM
 Quendam.

Dilectum medicus gnatum ad me misit, ut
 illum,
 Grammatices primis imbuerem studijs.
 Ast ubi, Musa refer furias Pelidis & iram,
 Norat, & hoc carmen quod solet inde cani,
 Multas qui forteis animas sub tartara misit,
 Discipulum nostris detinet à foribus:
 Meq; uidens genitor, tibi sum deuinctus amice,
 Gnatus at è nobis hæc bene discet, ait.
 Namq; & ego multas animas sub tartara mitto,
 Nec mihi grammatici tunc opus est opera.

QVIS FELIX.

Primus

IOAN. SECVN.

Primus qui nulli debet, sortem inde secundā
 Iudice me, cælebs: tertius orbus habet.
 Si tamen uxorem quis habebit, dotē recepta,
 Recte erit, obtingat si tumulare malum.
 Isthæc doctus abi: sape quærere frustra Epicū
 Quæ tandē monades sint, & inane, sinas. (crū

SVRDVM IVDICIVM.

Cvm surdo lis est surdo, sub iudice surdo,
 (Ut similem simili iungit ubiq; Deus)
 Ille petit precium pro menseis quinq; locatis
 Aedibus, hic noctu se moluisse refert:
 His iudex, an non ex æquo mater utriq; est?
 Quid porro restat: tollite uterq; simul.


Non est cura Gygis mihi, qui rex impe-
 rat agris
 Sardinij, non me argentum, non gemma, nec au-
 rum

Detentat: non inuideo sua regna tyrannis.
 Cura est unguento fluat ut mihi barba fragrantis,
 Cura ut odoriferis cingam mea tempora sertis,
 Curæ sunt dubiæ tantum præsentia uitæ
 Tempora, curæ hodierna mihi: quis crastina nãq;
 No-

EPIGRAM. LIB.

Novit: quisue sibi promittere crastina possit?
 Heus ergo, heus age dum, calicem mihi cudito
 iam nunc

Argento bene tornato, Vulcane: sed amplum,
 Atq; cauum, et Bacchi quantū potes, eia, capace:
 Inq; hoc non currus, non tristia sidera sculpe,
 Non hunc crudelis, non ambiat udus Orion,
 Sed uiteis mihi fac uirideis, ipsūq; Lyeum,
 Et Charites, blandam & Venerem, Venerisq;
 puellum.

 IOANNIS
 SECUNDI HAGIENSIS BASIO
 rum Liber unus.

BASIVM I.

CVm Venus Ascanium super alta Cythera
 Sopitū teneris imposuit uiolis, (tulisset,
 Albarum nymbos circumfuditq; rosarum,
 Et totum liquido sparsit odore locum:
 Mox ueteres animo reuocauit Adonidis igneis.
 Notus & irrepsit ima per ossa calor.
 O, quoties uoluit circumdare colla Nepotis?
 O, quoties talis, dixit, Adonis erat:

Sed

IOAN. SECVN.

Sed, placidam Pueri metuens turbare quietem,
 Fixit uicinis basia mille rosis.
 Ecce calent illæ, cupidæq; per ora Diones
 Aura, susurranti flamine, lenta subit.
 Quotq; rosas tetigit, tot basia nata repente
 Gaudia reddebant multiplicata Deæ.
 At Cytherea, natans niueis per nubila cycnis,
 Ingentis terræ cœpit obire globum.
 Triptolemiq; modo, fecundis oscula glebis
 Sparsit, & ignotos ter dedit ore sonos.
 Inde seges felix nata est mortalibus ægris:
 Inde medela meis unica nata malis.
 Saluete æternum, miseræ moderamina flammæ,
 Humida de gelidis Basia nata rosis.
 En ego sum, uestri quo uate canentur honores,
 Nota Medusæi dum iuga montis erunt,
 Et memor Aeneadum stirpisq; disertus amata
 Mollia Romulidum uerba loquetur Amor.

BASIVM. II.

Vicina quantum uitis lasciuit in ulmo,
 Et tortiles per Ilicem
 Brachia proceram stringunt immensa corymbis
 Tantum Neæra si queas

BASIO. LIB. V. A. O. I.

In mea nexilibus prosperere colla lacertis,
 Tali Neera si queam
 Candida perpetuum nexu tua colla ligare,
 Iungens perenne basium,
 Tunc me nec Cereris, nec amici cura Lyai,
 Soporis aut amabilis,
 Vita tuo de purpureo diuelleret ore:
 Sed mutuis in osculis
 Defectos, ratis una duos portaret amanteis
 Ad pallidam Ditis domum.
 Mox per odoratos campos, & perpetuum uer,
 Produceremur in loca,
 Semper ubi, antiquis in amoribus, Heroine
 Heroas inter nobileis,
 Aut ducunt choreas, alternaue carmina lætæ
 In ualle cantant Myrtea.
 Quæ uiolisq; rosisq; & flauicomis Narcissis
 Umbraculis tremantibus,
 Illudit Lauri nemus, & crepitante susurro
 Tepidi suaue sibilant
 Aeternum zephyri, nec uomere saucia tellus,
 Fœcunda soluit ubera.
 Turba beatorum nobis assurgeret omnis:
 Inq; herbidis sedilibus,
 Inter Meonidas prima nos sede locarent:
 Nec ulla amatrix Iouis

L

Prære-

IOAN. SECVND.

Prærepto cedens indignaretur honore,
Nec nata Tyndaris Ioue.

BASIVM. III.

DA mihi suaviolū, dicebam, blanda puella,
Libasti labris, mox mea labra tuis.
Inde, uelut pressō qui territus angue resultat,
Ora repente meo uellis ab ore procul.
Non hoc suaviolū dare, Lux n̄ ea, sed dare tantū
Est desiderium flebile suavioli.

BASIVM. IIII.

NON dat basia, dat Neæra nectar,
Dat rores animæ suaueolentis,
Dat nardumq; thymumq; cynamumq;
Et mel, quale iugis legunt Hymeti,
Aut in Ceropijs apes rosetis,
Atq; hinc uirginis & inde ceris
Septum, uimineo tegunt quasillo.
Quæ si multa mihi uoranda dentur,
Immortalis in ijs repente fiam,
Magnorumq; epulis fruâr Deorum.
Sed tu munere parce, parce tali,
Aut mecum dea fac Neæra fias:

Non

BASIO. LIB.

Non mensas sine te uolo deorum:
 Non si me rutilis præesse regnis,
 Excluse Ioue, dii deæq; cogant.

BASIVM V.

Dum me mollibus hinc & hinc lacertis
 Astrictum premis, imminensq; toto
 Collo, pectore, lubricoq; uultu,
 Dependes humeris Neera nostris:
 Componensq; meis labella labris,
 Et morsu petis, & gemis remorsa,
 Et linguam tremulam hinc & inde uibras,
 Et linguam querulam hinc & inde sugis,
 Aspirans animæ suauis auram,
 Mollem, dulcisonam, humidam, meæq;
 Altricem miseræ Neera uitæ:
 Hauriens animam meam caducam,
 Flagrantem, nimio uapore costam,
 Coctam pectoris impotentis æstu,
 Eludisq; meas Neera flammæ,
 Flabro pectoris haurientis æstum,
 O, iucunda mei caloris aura:
 Tunc dico, deus est Amor deorum,
 Et nullus deus est Amore maior
 Si quisq; tamen est, Amore maior,

IOAN. SECVND.
Tutu sola mihi es Neæra maior.

BASIVM VI.

DE meliore nota bis basia mille paciscens,
Basia mille dedi, basia mille tuli.
Explesti numerum, fateor, iucunda Neæra,
Expleri numero sed nequit ullus amor.
Quis laudet Cererẽ numeratis surgere aristis?
Gramen in irrigua quis numeravit humo?
Quis tibi Bacche tulit pro centum uota racemis?
Agricolam ue Deum mille poposcit apeis?
Cum pius irrorat sitienteis Iupiter agros,
Deciduae guttas non numeramus aquæ.
Sic quoq; cum uentis concussus inhorruit aër,
Sumpsit & irata Iupiter arma manu,
Grandine confusa terras & cærule pulsat,
Securus sternat quot sata, quot ue locis.
Seu bona, seu mala sunt, ueniunt uberrima cælo:
Maestas domui conuenit illa Iouis.
Tu quoq; cum dea sis, Diua formosior illa,
Concha per æquoreũ quam uaga ducit iter,
Basia cur numero cælestia dona coërces?
Nec numeras gemitus, dura puella, meos?
Nec lachrymas numeras, quæ per faciẽq; sinũq;
Duxerunt riuos semper euntis aquæ?
Si

BASIO. LIB.

Si numeras lachrymas, numeres licet oscula, sed
 Nō numeras lachrymas, oscula ne nūeres. (si
 Et mihi da, miseri solatia uana doloris,
 Innumera innumeris basia pro lachrymis.

BASIVM. VII.

Centum basia centies,
 Centum basia millies,
 Mille basia millies,
 Et tot millia millies,
 Quot guttæ Siculo mari
 Quot sunt sidera cælo,
 Istis purpureis genis,
 Istis turgidulis labris,
 Ocellisq; loquaculis,
 Ferrem continuo impetu,
 O formosa Neæra:
 Sed dum totus inhæreo
 Conchatim roseis genis,
 Conchatim rutilis labris,
 Ocellisq; loquaculis,
 Non datur tua cernere
 Labra, non roseas genas,
 Ocellosq; loquaculos,
 Molleis nec mihi risus:

L

3

Qui

IOAN. SECVND.

Qui, uelut nigra discutit
Cælo nubila Cynthius,
Pacatumq; per æthera
Gemmatis in equis micat,
 Flauo lucidus orbe,
Sic nutu eminus aureo
Et meis lachrymas genis,
Et curas animo meo,
 Et suspiria pellunt.
Heu, quæ sunt oculis meis
Nata prælia cum labris?
Ergo ego mihi uel Iouem
Riualem potero pati?
Riuales oculi mei
 Non ferunt mea labra.

BASIVM. VIII.

Q Vis te furor, Neæra,
 Inepta, quis iubebat
Sic inuolare nostram,
Sic uellicare linguam,
Ferociente morsu?
An, quas tot unus abste
Pectus per omne gesto
Penetrabileis sagittas,

Parum

BASIO. LIB.

Parum uidentur: istis
 Ni dentibus proteruis,
 Exerceas nephandum
 Membrum nephas in illud,
 Quo, saepe sole primo,
 Quo saepe sole sero,
 Quo per diesq; longas,
 Nocteisq; amarulentas,
 Laudes tuas canebam:
 Hæc est, iniqua, nescis?
 Hæc illa lingua nostra est,
 Quæ tortileis capillos,
 Quæ pœtulos ocellos,
 Quæ lacteas papillas,
 Quæ colla mollicella
 Venustulæ Neæræ,
 Molli per astra uersu,
 Ultra Iouis calores,
 Cœlo inuidente, uexit:
 Quæ te meam salutem,
 Quæ te meamq; uitam,
 Animæ meæq; florem,
 Et te meos amores,
 Et te meos lepores,
 Et te meam Dionen,
 Et te meam columbam,

IOAN. SECVND.

Albamq; Turturillam,
 Venere inuidente, dixit.
 An uero, an est id ipsum
 Quod te iuuat superba,
 Inferre uulnus illi,
 Quam laesione nulla,
 Formosa, posse nosti
 Ira tunc tanta,
 Quin semper hos ocellos,
 Quin semper hæc labella,
 Et, qui sibi salaceis
 Malum de dère denteis,
 Inter suos cruores
 Balbutiens recantet:
 O, uis superba formæ.

BASIVM. VIII.

Non semper udum da mihi basium,
 Nec iuncta blandis sibila risibus,
 Nec semper in meum recumbe
 Implicitum moribunda collum.
 Mensura rebus est sua dulcibus.
 Ut quodq; menteis suauius afficit,
 Fastidium sic triste secum
 Limite proximo iore ducit.

Quum

BASIO. LIB.

Quum terozabo ter tria basia,
 Tu deme septem, nec nisi da duo,
 Verunq; nec longum nec udum:
 Qualia teligero Diana
 Dat casta fratri, qualia dat patri
 Experta nullos nata Cupidines:
 Mox è meis lasciuæ ocellis
 Curre procul natitante planta:
 Et te remotis in penetr alibus,
 Et te latebris, ab dito in intimis,
 Sequar latebras usq; in imas,
 In penetr ale sequar repostum:
 Prædamq; uictor feruidus in meam
 Vring; herileis iniiciens manus,
 Raptabo, ut imbellem columbam
 Vnguibus accipiter recuruis:
 Tu deprecanteis uicta dabis manus,
 Hærensq; totis pendula brachijs,
 Placare me septem iocosis
 Basiolis cupies inepta.
 Errabis: illud crimen ut eluam,
 Septena iungam basia septies,
 Atq; hoc catenatis lacertis
 Impediam fugitiua collum:
 Dum, per solutis omnibus osculis,
 Iurabis omneis per Veneres tuas,

IOAN. SECVND.

Te sæpius pœnas easdem
Crimine uelle pari subire.

BASIVM. X.

Non sunt certa meã moueãt quæ basia mē
Vda labris udis conferis, uda iuuãt: (tē
Nec sua basiolis non est quoq; gratia siccis,
Fluxit ab his tepidus sæpe sub ossa uapor.
Dulce quoq; est oculis nutantibus oscula ferre,
Autoresq; sui demeruisse mali:
Siue genis totis, toti ue incumbere collo,
Seu niueis humeris, seu sinui niueo,
Et totas liuore genas, collumq; notare,
Candidulosq; humeros, candidulumq; sinū.
Seu labris querulis titubantem sugere linguam,
Et miscere duas iuncta per ora animas,
Inq; peregrinum diffundere corpus uirãq;
Languet in extremo cum moribundus amor.
Me breue, me longum capiet, laxumq; tenaxq;
Seu mihi das, seu do, lux, tibi basiolum.
Qualia sed sumes, nunq; mihi talia redde:
Diuersis uarium ludat uterq; modis.
At quem deficiet uarianda figura priorem,
Legem submissis audiat hanc oculis,

BASIO. LIB.

Ut, quot utrinq; prius data sint, tot basia solus
Dulcis uictori det, totidemq; modis.

BASIVM XI.

Basia lauta nimis quidã me iungere dicũt,
Qualia rugosi non didicere patres.

Ergo, ego cum cupidis siringo tua colla lacertis,

Lux mea, basiolis immotiorq; tuis,

Anxius exquiram quid de me quisq; loquatur?

Ipse quis, aut ubi sim, uix meminisse uacat.

Audijt, & risit formosa Neera, meumq;

Hinc collum niueacinxit & inde manu,

Basiolumq; dedit, quo non lasciuus unq;

Inseruit Marti Cypria blanda suo,

Et, quid, ait, metuis turbæ decreta seueræ?

Causa meo tantum comperit ista foro.

BASIVM XII.

Quid uultus remoueris hinc pudicos,
Matronæq; puellulæq; castæ?

Non hic furta Deum iocosa canto,

Monstruosæue libidinum figuras,

Nulla hic carmina mentulata, nulla

Quæ non, discipulos ad integellos,

Hirsu-

IOAN. SECVND.

Hirsutus legat in schola magister.
 Inermis cano basiationes,
 Castus Aonii chori sacerdos:
 Sed uultus adhibent modo huc proteruos
 Matronæq; puellulæq; cunctæ,
 Ignari quia forte mentulatum
 Verbum diximus, euolante uoce,
 Ite hinc, ite procul, molesta turba,
 Matronæq; puellulæq; turpes:
 Quam castior est Neæra nostra,
 Quæ certè sine mentula libellum
 Mauult, quam sine mentula poetam?

BASIVM XIII.

Languidus è dulci certamine, uita, iacebam
 Exanimis, fusa per tua colla manu.
 Omnis in arenti consumptus spiritus ore,
 Flamine non poterat cor recreare nouo.
 Iam styx ante oculos, & regni: carentia sole,
 Luridæq; annosi cymba Charontis erat:
 Cum tu, suauiolum. educens pulmonis ab imo,
 Afflasti siccis irriguum labijs:
 Suauiolum stygia quod me de ualle reduxit,
 Et iussit uacua currere naue senem,

Erravi,

BASIO. LIB.

Erravi, uacua non remigat ille carina,
 Flebilis ad maneis iam natat umbra mea:
 Pars animæ, mea uita, tuæ hoc in corpore uiuit,
 Et dilapsuros sustinet articulos:
 Quæ tamen, impatiens, in pristina iura reueriti
 Sæpe per arcanas nititur ægra uias.
 Ac, nisi dilecta per te foueatur ab aura,
 Iam collabenteis deserit articulos.
 Ergo, age, labra meis innecte tenacia labris,
 Assidueq; duos spiritus unus alat:
 Donec, inexpleti post tædia sera furoris,
 Vnica de gemino corpore uita fluat.

BASIVM. XIII.

Quid profers mihi flammeum labellum:
 Non te, non uolo basiare dura,
 Duro marmore durior Neæra.
 Tanti istas ego ut osculationes
 Imbelleis faciam, superba, uestras,
 Ut, neruo toties rigens supino,
 Pertundam tunicas meas, tuasq;
 Et, desyderio furens inani,
 Tabescam, miser, æstuante uena:
 Quo fugis: remane, nec hos ocellos,
 Nec nega mihi flammeum labellum:
 Te iam

IOAN. SECVND.

Te iam, te uolo basiare, mollis,
Molli mollior anseris medulla.

BASIVM XV

A Dducto Puer Idalius post tēpora neruo,
Stabat in exitium, pulchra Neera, tuū:
Cum frontem, sparjosq; uidēs in fronte capillos,
Luminaq; argutis irrequieta notis,
Flammeolasq; genas, & dignas Marre papillas,
Iecit ab ambigua tela remissa manu:
Inq; tuas cursu effusus pueriliter ulnas,
Mille tibi fixit basia, mille modis,
Quæ succos tibi myrteolos, cypriosq; liquores
Pectoris afflarunt usq; sub ima tui:
Iurauitq; deos omneis, Veneremq; parentem,
Nil tibi post unq; uelle mouere mali.
Et miremur adhuc cur tam tua basia fragremus
Duraq; cur miti semper amore uaces?

BASIVM XVI

L Atonæ niueo sydere blandior,
Et stella Veneris pulchrior aureas,
Da mi basia centum,
Da tot basia, quot dedit

Vati

BASIO. LIB.

Vati multiuolo Lesbia, quot tulit:

Quot blandæ Veneres, quotq; Cupidines

Et labella pererrant,

Et genas roseas tuas:

Quot uitas oculis, quotq; neceis geris,

Quot spes, quotq; metus, quotq; perennibus

Mista gaudia curis,

Et suspiria amantium:

Da, q̄ multa meo spicula pectori

Inseuit, uolucris dira manus Dei:

Et q̄ multa pharetra

Conseruauit in aurea:

Adde et blanditias, uerbaq; publica,

Et cum suauicrepis murmura sibilis,

Risu non sine grato,

Gratis non sine morsibus:

Qualeis Chaoniæ garrula motibus

Alternant tremulis rostra columbæ,

Cum se dura remittit

Primis bruma Fauonijs.

Incumbensq; meis, mentis inops. genis,

Huc, illuc, oculos uolue natatilis,

Exanguemq; lacertis

Dic te sustineam meis.

Stringam nexilibus te te ego brachijs,

Frigentem calido pectore comprimam,

Et uitam.

IOAN. SECVND.

Et uitam tibi longi
Reddam afflamine basij
Donec succiduum me quoq; spiritus
Istis roscidulis linquet in osculis,
Labentemq; lacertis,
Dicam, collige me tuis.
Stringes nexilibus me, mea, brachijs,
Mulcebis tepido pectore frigidum.
Et uitam mihi longi af-
Flabis rore suauij.
Sic æui, mea lux, tempora floridi
Carpamus simul, en iam miserabileis
Curas ægra senectus
Et morbos trahet, & necem.

BASIVM XVII.

Q Valem purpureo diffundit imane colorē
Quæ rosa nocturnis roribus immauit:
Matutina rubent Dominæ sic oscula nostræ,
Basiolis, longa nocte, rigata meis:
Quæ circum facies niueo candore coronat,
Virginis ut uiolam cum tenet alba manus:
Tale nouum seris cerasum sub floribus ardet,
Æstatemq; & uer cum simul arbor habet.

Me

BASIO. LIB.

Me miserum, quare, cum flagrantissima iungis

Oscula, de thalamo cogor abire tuo?

O, saltem, labris serua hunc formosa ruborem,

Dum tibi me referet noctis opaca quies.

Si tamen interea cuiusq̄ basia carpent,

Illam meis fiant, pallidiora genis.

BASIVM XVIII

Cum labra nostra cerneret Puella,

Inclusa circo candidæ figura,

Vt si quis ornet, arte curiosa,

Corallinis eburna signa baccis,

Fleuisse fertur Cypris, & gemendo

Lasciuenteis conuocasse Amores,

Et quid iuuat, dixisse, purpuratis

Vicisse in Ida Palladem labellis,

Et pronubam magni Iouis sororem,

Sub arbitro pastore: cum Neera

Hæc antecellat arbitro Poëta:

At uos furentes ite in hunc poëtam,

Et dira plenis tela de pharetris

In illius medullulas tenellas,

Pectusq̄, per, iecurq̄, per iocosum,

M

Distrin-

IOANN. SECVND.

Distringite acres perstrepite cornu.
 At illa nullo pertepescat igne,
 Sed tacta pectus plumbea sagitta,
 Torpescat imas congelata uenas.
 Euēnit, imis uror in medullis,
 Et torrido iecur liquefcit igne:
 Tu fulta pectus asperis pruinis
 Et caute, qualeis aut maris sicani,
 Aut Adriæ unda tundit æstiuosa,
 Secura ludis impotentem amantem
 Ingrata, propter ista labra rubra
 Laudata plector, Heu, misella, nescis,
 Cur oderis: nec ira quid deorum
 Effrena possit, & furor Diones.
 Duros remitte, mollicella, fastus:
 Istosq; dignos ore sume mores:
 Et, quæ meorum caussa sunt dolorum,
 Mellita labris nocte labra nostris:
 Haurire possis ut mei pusillum
 Præcordijs ex intimis ueneni,
 Et mutuis languere uicta flammis.
 At nec deos, nec tu time Dionen:
 Formosa diuis imperat puella.

BASIO. LIB.

Mellilegæ uolucres, quid adhuc thyma
câna, rosasq;

Et rorem uernæ nectareum uiolæ

Lingitis aut florem latè spirantis anethi?

Omnes ad Dominæ labra uenite meæ.

Illa rosas spirant omnes, thymaq; omnia sola,

Et succum uernæ nectareum uiolæ:

Inde procul dulces auræ fuuduntur anethi,

Narcissi ueris illa madent lachrymis,

Oebaliq; madent iuuenis fragrante cruore,

Qualis uterq; liquor, cum cecidisset, erat,

Nectareq; ætherio medicatus, & aère puro,

Impleret fœtu uersicolore solum.

Sed me, iure meo libantem mellea labra,

Ingratæ socium ne prohibere fauis.

Non etiam rotas auidæ distendite cellas,

Arescant Dominæ ne semel ora meæ,

Basiaq; imprefans siccis sitientia labris,

Garrulus indicij triste feram precium:

Heu, non et stimulis compungite molle labellum:

Ex oculis stimulos uibrat & illa pareis.

Credite, non ullum patietur uulnus inuictum:

Leniter innocuæ mella legatis apes.

IN IOANNIS SECVNDI
Basia,

ANDREAE ALCIATI
Iuriconsulti
EPIGRAMMA.

EXtremum si, post tot dulcia basia, finem
Neæra concessit tibi,
Quin illum potius celebras: nocteisq; beatas
Ad alta tollis sidera?
Si non cõcessit, & adhuc tua messis in herba est,
Quo tot cataglottismata?
O segnem Veneris tyronem, & perdere dignum
Quæ iam recepit præmia.

IOAN-

IOANNIS

SECUNDI HAGIENSIS

Epistolarum, Liber

Primus.

AD EVERARDVM FRATREM

Epistola Prima.

ITe salutatum, sine me, mea carmina fratrem,
Cur mihi nunc uersus nō datur esse meos?
Ite leues elegi, nec uos iuisse pigebit,
Ite citi, doctam iam dabit ille manum.
Moxq; resignatos placida uos audiet aure
Narranteis animi nuncia certa mei.
Hæc igitur nostro referetis nomine fratri,
O, ego q̄ uobis demptum onus hoc cupiam:
Me retinet salsis infausta Valachria terris,
Oceanus tumidis quam uagus ambit aquis.
Nulla ubi uox auiū, pelagi strepit ūdiq; murmur
Cælum etiam larga desuper urget aqua.
Flat Boreas, dubiusq; Notus, flat frigidus Eurus
Felices Zephyri nil ubi iuris habent,
Proq; tuis ubi carminibus, philomela canora,
Turpis in obscœna rana coaxat aqua. (nō
Si quæret quid agam, nāq; hoc quæret scio, quōd
Sum simul hoc doleo, cætera lætus ago.

IOAN. SECVND.

Quòdq; magis placeat, pater illi saluus & ois
 Turba ualet, morbos nec timet illa graueis,
 Mitior & nobis hæc terra futura uidetur,
 Nempe semel nostris exaturata malis.
 Quòd reliquum, Icarias dices meditarier alas,
 Quis possim liquidas rite secare uias,
 Et subito optatas nouus ales cernere sedeis,
 Oraq; germani cernere chara mei.
 Talia nùc meditor, modo quis mihi Dedal9 adsit
 Qui pennas humeris applicet arte meis.
 Non ego uentosis peterem iubilimia plumis,
 Vectus ad igniferi feruida regna Dei,
 Nec Zelandiaco facerem noua nomina ponto,
 Sed sequerer monitus Dædale magne tuos,
 Quod si non dabitur, naturaq; dura repugnans
 Non patitur uetitas nos penetrare uias,
 Attamen haud longo post illum tempore cernam,
 Aduectus celeri per freta uasta rate.

AD EVNDEM

Epistola Secunda.

M Vsa ades buc, Phrysiæ procul hinc, pro
 cul ibis ad urbeis,
 Per syluas, urbeis, per mare, per fluuios,
 Nec te longinquas pigeat uolitare per oras,
 Est ubi barbarico proxima terra solo,

Terra

EPISTO. LIB. I.

Terra procul gelido septem subiecta trioni,
 Terra procellosis frigida quassa uadis:
 Nec refugi mores faciant, aut grandia uerba,
 Quo minus incepta progrediare uia:
 Certa sacros uates terris habitare profanis,
 Nunina Musarum qui ueneranda colant.
 Certa tuas illuc quoq; comigrasse Sorores,
 Deserta uitrea pridem Helyconis aqua,
 Ex quo, Germanos uates celeberrimus inter,
 Rudolphus Phrysijs lausq; decusq; soli,
 Dulcia contentis modulatus carmina neruis,
 Traxit Apollineas in sua uota deas.
 Cui modo successit terra nutritus eadem
 Hermanus studij factus ad omne genus
 Hompius, Ausonijs rediens qui nuper ab oris,
 Doctas Romanae rettulit urbis opes.
 Nō minor heic uestrae fuerit mox gloria turbæ,
 Gloria erit patrio nec minor ille solo.
 Quid petis ulterius: cuius modo limina uises
 Aonias adamat frater & ipse Deas:
 Et poterat uiridi sacra cingere tempora lauro,
 Natus ad Orpheæ garrula fila lyrae,
 Maluit at retricæ studijs uigilare Minerae,
 Et colere Astreae numina caelipetae,
 Et iactare foro strepitantia uerba diserto,
 Nunc etiam populo reddere iura truci.

IOANN. SECVND.

Nec tamē ergo minus Musas ueneratur, amatq;
 Hæ requies fessi pectoris una manent:
 His sese oblectat cum magna negocia liquit,
 Atq; a dicundo iure subinde uacat.
 Ergo, age, carpe uiam, donec Leouardia cernes
 Cominus in formi n. cenia sruucta modo.
 Hic cursus, hic meta tui est, hanc incolit urbem
 Pars animi maior, pars meliorq; mei
 Germanus, nullis animo delebilis annis,
 Siue ego quod nunc sum, siue ego puluis ero.
 Huius ad optatas postq̄ perueneris ædeis,
 Ostendes Iani nomina nota sui:
 Quæ simul ac cernet, dilecti symbola fratris,
 Ibit in amplexus protinus ille tuos.
 Mox quid agā, qd mater agat, genitorq; rogabit
 Quid fratres, quid agat deniq; tota domus.
 Vinere quos saluos dices, eademq; precari
 Aeternum domui, uel meliora suæ.
 Mox ubi cognoris ualeat quid et ipse, quid uxor,
 Quid dulces nati turba minuta gerant,
 Arte precata uiro, qui nunc nouus annus iniiuit
 Illi ut felici sidere totus eat,
 Longinquum reuocabis iter, quāq; iueris, illac
 Ad nos seu terra, seu remeabis aqua.

AD EVNDEM Epistola Tertia.

Salut-

EPISTO. LIB. I.

S Alueto quātumq; cupis, quantum q; mereris,
 Et domui ueniant omnia lata tuæ.
 Accepisse reor (nam iam tibi misimus olim)
 Sculpta per insuetas plumbea dona manus,
 Quæ referūt patrios, parua sub imagine uultus,
 Cernere quos uobis dulce, putamus, erit.
 Scilicet, est aliquid uel sic dilecta tueri,
 Inuida quæ nobis sors rapit ora procul.
 Sic ego te cupiam, sic coniugis ora uidere,
 Quantula de uobis pars tamen illa foret?
 Sed meliora feret uolendum tempus, & hora,
 Qua dabitur toro mox mihi fratre frui.
 Quæ notas audire dabit, quæ reddere uoces,
 Interea celeres currite Solis equi.
 Tūc mihi narrabis (dulce est meminisse malorū)
 Tristia penè oculis tartara uisa tuis,
 Rimosamq; ratem, Nautam, manesq; uetustos,
 Tantalon, & uiuax cui iecur ales edit,
 Et qui uoluit adhuc semper reuolubile pondus,
 Et quibus æternis colla premuntur aquis.
 Tunc, cum sudoris ignoti triste uenenum
 Urgeret uapido bis tua membra thoro,
 Furuaq; cœpisset Stygio sacra dona marito
 Fatalem crinem uellere Persephone.
 Multaq; præterea, quæ differo tempus in illud,
 Aduchat alatis quod cito Phœbus equis.

IOAN SECVND.
AD EVNDEM

Epistola Quarta.

Ecce manū chartæ calamūq; admouimus adū
Fratri aliquid nos uis scribere Musæ: iube
Musæ iube, cessas: tirubas: hæresq;: quid istuc?
Vsq; a deo nihil est, quod legat ille, tibi:
Nos igitur chartis calamum remouemus: & iste
Ibit in hoc scriptis non oneratus itere
Non ita, sed potius schedam sic tradat manem
Nuncius, hoc fratri non leue munus erit.
Triste nihil domū sciet accessisse paternæ,
Meq; satis memorem sentiet esse sui.
Artis huic aliquid nostræ si iungimus, & quod
Carmen in Augustum condidimus tumulum:
Nil petet ulterius, licet anno ineunte recenti
Larga dari soleant munera, larga capi.

AD ISSAABELLAM, SORO-
rem Virginē sacram.

Epistola Quinta.

Salue, o, scæminei, soror, unica gloria sexus,
Inferior nullis Issaabella uiris.
Gaudia quanta mihi, quantum iniecere stuporē,
Depicta articulis uerba latina tuis:

Quarta

EPISTO. LIB. I.

Quàm pia: q̄ lepidat: & q̄ melleat: q̄q; uenustat:
 Quàm doctat: & cunctis illa polita modis:
 O, quoties lecta illa mihi, quotiesq; relecta,
 Nec satiare oculos, nec potuere animum.
 Maeste animo, similem nullã cui nostra tulerūt,
 Forte dabant olim sæcula prisca pareis.
 Credo, æquare suum poterat quæ carmine patrẽ
 Inclyta Nasonis filia talis erat.
 Tullia talis erat, docto dilecta parenti:
 Talis erat Gracchos quæ tulit illa duos.
 Sperare hac qualem licuisset ab arbore fructũ,
 Nĩ tam non apta consita staret humo:

AD CAROLVM Sucquetum
 Epistola Sexta.

CArole, quo nullos duce et auspice ferre læ
 Nec renuã duræ mortis inire uias, (bores,
 Alpinas qui cum libeat contemnere ualleis,
 Quas niuis æternæ cana tegunt maria.
 Cum quo uicino peragrem loca torrida sole,
 Quæq; rigent longo non habitata gelu,
 Quæ deserta manent nullis freta nota carinis,
 Terraq; non ullo uomere secta iacet.
 Prouida in timidi remorentur uerba parentis,
 Sperrere quæ pietas officiosa uetat,

Falci-

IOAN SECUND.

Falciferiq; senis graue rebus in omnibus astru,
 Et deus & series omnis iniqua poli.
 Tunc igitur Latio felix uersaberis orbe,
 Inter honoratos artificesq; uiros:
 Nos in barbara uirideis socorditer annos
 Perdere cogemur: non ita fata uelint,
 Quae satiata reor, quod te fraudamur eunte,
 Deponent odium, nec mora longa manet.
 Ante dies multos uestigia chara sequemur,
 Tempora fortunae cum melioris erunt.
 Interea uiuas, qua uiuere sorte mereris,
 O, animo semper sedem habiture meo,
 Agmina seu iubar hoc inter uiuentia cernam,
 Regna deae Siculae seu ten ebrosa colam.

AD IOANNEM DANTISCV M
 Praesulem Culmenscm, eundemq;
 Poetam.

Epistola Septima.

LAus Vatum, laus magna uirum quos infu-
 la uestit,
 Ore melos Getico qui Latiale sonas:
 In quem curarum bona pars secura recumbit
 Regis, Sarmatidum cui famulatur humis.
 Hospite

EPISTO. LIB. I.

Hospite quo Scaldis sese miratur, & Istri
 Gurgitibus tumidis iam putat ire parem.
 Hoc ne meas arteis etiam Dantiscæ manebat,
 Ut traducendæ te quoq; teste forent:
 Hei mihi, quid speras à cælatore pœtæ:
 Et cui uix primo tempora uere tepent:
 Istam aciem pascat si quid restabit ab æuo
 Phydicæ quondam quo uiguère manus.
 Cum Venus ipsa, suæ decus admirata figuræ,
 Dixit, Praxiteli uisa ubi nuda fuit:
 Cum poterant duri lapides mollescere ferro,
 Vnaq; certanteis picta uocabat auis,
 Suspensosq; animos, sperata uoce, tenebat
 Dædalus in tabula uersicolore liquor.
 Ausus ego tentare nouas temerarius arteis,
 Vix infausta rego cæla negante manu.
 Felix plebeios si tantum sculperè uultus
 Dexteræ & ulterius non foret a usa uehi:
 Obscuris cum nominibus neglecta iaceret,
 Non hominum uarijs subdita iudicijs,
 Cum domini pallore sui, male nobilis esset:
 Sed quid ego hæc autē: sera querela mea est.
 E manibus nostris dudum uagâ currit imago,
 Quæ pia Cæsarei numinis ora tenet.
 Nec satis est illud, cupit hæc Dantiscus habere,
 Ille cui quicq; sit renuisse nephas.

Accipe

IOANN. SECVND.

Accipe, magne pater, tua iussa capeſcere fas eſt;
 Tecum age, ſi lædet lumina forma rudis.
 Mittimus in multas trãſuſum Cæſara formas;
 Sic te uelle, mihi dixerat ille tuus
 Lædeus uates, Iuuenis digniſſimus, in quem
 Pars tibi diffuſi multa fauoris eat:
 Qui ſic ore modos, & acuta temperat aure,
 Vt cyenum melius non potuiſſe rear
 Illum, Lædeis olim qui fuſus in ulnis,
 Velauit niueo corpore furta Iouis.
 Mittimus & quædam, quæ te fortasſe iuuabunt;
 Inter quæ Dominae ſit quoq; forma mea,
 Dilectæ Dominae, Venerem cui cedere Maiores
 Noluit, hinc cæli non bene rexit iter.
 Hic quoq; ſtammiuomis oculis formoſa latebit
 Vatis amatoris Iulia ſculpta manu,
 Iulia, quæ noſtris uiuat celebrata cancenis,
 Donec Amor gemitus neſciet, & lachrymas.

AD ANSOVINVM MEDICVM
 PERVSINVM,
 Iuriſconf.

Epistoła Octaua.

Vnde

EPISTO. LIB. I.

VNde leues ueniāt tua sub sacraria Musæ,
 Ara ubi librantis stat ueneranda Deæ,
 Quis uē uerecundas, quæris, petulantius ire
 Iusserit herboſo à rure tulère pedem.
 Mittit Ioannes, quem ſi te noſſe negabis,
 Ignotum ſcit te non tamen eſſe ſibi,
 Tempore iam ex illo, cum te mirata docentem,
 Hæſit in aſpectu concio magna tuo:
 Adq; tuas uoces uocem tenuère tot ora,
 Nulla niſi laudes quòd tacuere tuas.
 Sed tibi certatim tacito applauſere ſuſurro,
 Pars ubi tum turbæ parua ſtupentis eram:
 Et tua, dicebam, ueniant ad pulpita longè
 Gallica quos, & quos terra Latina docet.
 Legibus, Anſouine, potens & diuite lingua,
 Vnus in Alciati ſede decenter ades.
 Tu deſyderium tanti lenire magiſtri
 Viſq; potesq; ſimul, ſed quoq; fata uelint.
 Fata recuſarunt uotis accedere noſtris,
 Atra lues ſerpit per fora, perq; uias.
 Itur in exilium, ſtant auditoria clauſa,
 Mutaq; non poſſunt uel ſua damna queri.
 Hæc inter, nobis ſpes fulſerat optima nuper,
 Tecum communi uiuere poſſe caſa.
 O, niueam quæ tot uexiſſet commoda lucem,
 Felicem qui te, ſeu tenuiſſet ager,

Siue

IOAN. SECVND.

Sive niger lucus, iam tum sacer ille futurus,
 Fons tibi seu vitreis ora rigasset aquis,
 Murmure te tremulo riui, te flatibus aura,
 Teq; per innumeras sylua uocabat auis.
 Aequabat properè distinctos uua colores,
 Visa uocare tuas ad sua dona manus.
 Ast alio te fata uocant, patriæq; suavis
 Ardor, & Ausonidum te remoratur humus:
 Quæ tibi uictriceis, nutrit lætissima lauros,
 Implicitura tuæ debita serra comæ.
 Nos quoq; quo fortuna uocet dubitamus, et hosce
 Forte breui dulcèis destituemus agros.
 Atq; utinam cessent diræ contagia pestis,
 Linquat & Alciati febris iniqua caput:
 Atq; iterum resonet solitis Academia linguis,
 Non isto potior terra sit ulla solo.

AD VIGLIUM ZVICHEMVM
Phrisium Iurisconsf.

Epistola Nona.

Bitturigum muris infectis tabe rapaci,
 Qua dulces animas tot posuere uiris
 Totq; genas, rosea & pallenteis ora puellæ.
 Lurida transnarunt stagna nigrantis aquæ,
 Exul

EPISTO. LIB. I.

Exul ab urbe diu Menetouica rura tenebam,
 Exilij socius (quàm bene?) frater erat:
 Cum quo communi partibar fata dolore,
 Plus solito tristi pectore multa mouens.
 Qualia perpetimur, patriæ qui dulcibus aruis
 Hospita prætulimus te. Ita, uiasq; sequi.
 Tristia multa meo sub pectore condensabam,
 Inq; meas cladeis ingeniosus eram.
 Languida confecti patris occurrebat imago,
 Qui, tunc cum miserum liquimus, æger erat.
 Matris inexpletæ memem subière querelæ,
 Seu moriente uiro, siue trahente necem:
 Omnia funesti præbebant omina casus,
 Mens est uicini saga subinde mali.
 Fluctibus æquoreis agitatis flamine nullo,
 Nauita uersandas turbine nouit aquas.
 Nos quoq; perculsi mcestam sine uulnere mentē,
 Heu, ueniunt nostræ flabra maligna rari
 Diximus, & longas querula in suspiria nocteis
 Traximus, & nigros per loca sola dies.
 Has inter curas tua, mellitissime Vigli,
 Candida felici litera uenit aue.
 Aspexi, & subito sensi per membra calorem,
 Et rubor in toto plurimus ore fuit.
 Necdum certus eram, cuius foret illa sodalis,
 Pectoris hanc chari sed fore certus eram.

IOAN. SECVND.

Prodidit at dea te, quæ te iam prodidit orbi,
 Virgineam rutila casside pressa comam.
 Felix quæ signat quos dictat & ipsa libellos,
 Et micat in digito gemmea forma tuo.
 Hanc ubi conspexi, certè hic est Viglius, inq̃,
 Et tanti ueteris cura sodalis erat:
 Ut sibi de charis tantum decerperet horis,
 Huius longinquis quod daret alloquijs?
 Protinus abrumpens chartæ retinacula, uidi
 Nomen, honoratum quod mihi semper erit.
 Pectore dein auido dulcissima uerba uorauī,
 Quæ mihi lætitiæ caussa perennis erunt.
 Quorum tunc nobis sensum patiemur abesse,
 Corpore ab hoc animam quom patiemur agi.
 Illa semel magnos mihi discussere dolores,
 Illa legam, quoties non bene lætus ero.
 Nãq̃, uelut densa quibus est iter arbore clausū,
 Ducit ubi incertos semita falsa pedes,
 Inq̃, uias uarias uestigia circumflectit,
 Semper & exponit deteriore loco,
 Visa per angustam rimam, seu uisa uideri
 Plana graueis animos arua repente leuant:
 Talis in his tenebris tua uenit epistola nostris.
 Nigraq̃; suffudit lumina luce noua,
 Candidior nocteis primum treis sole secuto,
 Alcmenæ è thalamis astra petente Deo.

His

EPISTO. LIB. I.

His ego delitijs seu pondera diuitis auri
 Purpurei spoliu n seu maris ante feram
 Quasq; tulit flauas toties Campania messeis
 Quasq; tulit toties uina Falernus ager
 Non ego sum talis, nec sic alienor ab illis
 Tinnula quæ liquido uertice plectra mouent,
 Nec, mihi quæ iribuunt quæ non agnoscere possunt
 Illa mihi precij uerba minoris erunt.
 Dicta mihi credam, fuero quom dignior illis,
 Interea affectus sint mihi signa tui.
 Ne tamen ignores quem te dignaris amico,
 Deceptum ne te forte queraris, habe.
 Nō est q Fabios, Gracchos, Scylla suè loquatur,
 Sitq; peregrina ciuis in Armenia,
 Et quorū a primo Cræsus spoliauerit orbem
 Nouerit, & quanto sole calescat Arabs,
 Aut qui multa fori uariantis iura notarit,
 Aut qui Pegasea labra rigarit aqua,
 Non tecum ingenio, tecum contendet amore,
 Legibus his dextram dat tibi, datq; fidem,
 Quam non ulla sua rumpent uertigine iela,
 Nullaq; diuellent inter utrunq; loca.
 Annuis, & talem non aspernaris amicū,
 Annuit inronsa Phœbus & ipse coma,
 Et dixit, rata sint hæc fœdera du n mihi duris
 Barba genis, nullus fronte capillus erit.

IOAN. SECVND.

O, igitur, nullos animo delende per annos,
 Antecum sandi tam cito finis erit:
 Nec tibi fortunæ patefient omnia nostræ,
 Siue leuet, pressa seu grauet illa manu:
 Scribere consuemus quo delectentur amici,
 Primus eris gemitu qui feriare meo,
 Dignus nullorum qui spectes ora dolentum,
 Cunctaq; cum tuis tempora lucis agas.
 Non tua damna leges, at maxima dāna tuorum
 Quæ tibi sum proprijs non leuiora malis.
 Deseruit nostras spes, & migravit in altum,
 Hei mihi, tarda negat dicere lingua, pater.
 Nec nobis licuit quæ munera debebamus
 Reddere, suprema, non iteranda, die.
 Iam iam claudendis mandata excerpere labris,
 Et cilia extinctis obdere luminibus,
 Et deploratum tumulo componere corpus
 Molliter, & uiolis spargere triste solum,
 Longæuasq; notas memori mandare sepulchro,
 Quas uideat properans, & remoretur iter
 Hospes, & humenteis ægrè compescat ocellos,
 Et dicat, cinis hic nobile pectus erat.
 Hoc fuit, hoc igitur, quod tot monuere dolores,
 Visaq; germano somnia, uisa mihi.
 In quibus, hac ipsa nobis oblatu in urbe,
 Visus erat jenium iam posuisse suum,
 Et flo-

EPISTO. LIB. I.

Et florere nouo mihi nunc iuueniliter æuo.
 Floret, at, heu, nostris aruit ille bonis.
 Floreat, & uirideis annos in ualle resumat,
 Myrtea qua longo uere te pescit humus.
 Nos humiles animæ externo repemus in orbe,
 Damnati lachrymis, cladibus, exilio:
 Felices solis, si quos numeramus, amicis,
 Qui stabiles uere sint, similesq; tui.
 Hæc ego non potui, quamuis lachrymosa, tacere:
 Forsitan huc tristes me rapuere modi,
 Nataq; flebilibus tantum miseranda querelis
 Passibus imparibus quæ Dea frangit iter.
 Scilicet hoc uultu quom nos Elegeia uidit,
 Credidit ad luctus se tumulosq; rapi:
 Nec mora, compositos dissoluit mœsta capillos,
 Nec mora, cupressum mouit utraq; manu,
 Funereaq; faceis circum mea pulpita uidi:
 Quid facerem? potui nil, nisi quale uides.

AD IOACHIMVM
 POLITEN

Epistola Decima.

N 3 Nun

IOAN. SECVND.

NVngd ubi manibus sese tua litera nostris
 Obtulit, & cupidis auribus hausta fuit,
 Tunc subiisse meum plenissima gaudia pectus
 Credis, & in memorem penè fuisse mei:
 Qualem animum uidi: uel qualia carmina legit
 Carmina Apollineis emodulata sonis.
 A quibus & titulos & nomina deme locorum,
 Naso sua dicet hæc perarata manu.
 Hæc quoq; blanda uidens operosi musa Propertii
 Inijciet dominas in tua scripta manus.
 Sed quid ego uenerer diuini carminis artem?
 Maius ibi quiddam, quo caperemur, erat:
 Illic exemplar synceri lucet amoris,
 Qualis Saturni ten pore rarus erat,
 Qualis erat iuuenis Phocæi, qualis Orestis.
 Hic cum pro socio uellet, & ille, mori.
 Hunc ego non redan. ē, nō hunc cōplectar amictū:
 Altera pars animæ non erit iste meæ:
 Inuida sed rebusq; hominum contraria fata
 Cur non unanimeis urbs tenet una duos?
 Non ullum nobis simulachrum maius haberet
 Illæse fidei uiuida posteritas,
 Non tibi me frustra tua somnia sæpe reducunt
 Et tibi ara mei non memor hora uenit,
 Igmbus æthereis hæc est uis insita quondam,
 Abjuncteis tacito sidere multa monent.

EPISTO. LIB. I.

Annè putas uacuum sine te mihi tempus abire?
 Semper in obitu stas Ioachime meo.
 Stâr tecû dulces, quorû es pars magna, sodales,
 Mens quibus à nobis non aliena fuit.
 Si tories aliquid de me tibi sonnia narrant,
 Nostra tui quoties pectora tangit amor,
 Morpheus haud alio uultu re uisat oportet
 Quî nostro, aut similis si qua figura meæ est,
 Si tibi transfundunt affectus numina nostros,
 Sæpe fatigamus sidera, sæpe deos,
 Teq; fatigamus, cui forsân dulcius esset
 Conterere in cura commodiore diem.
 Iam potes è nostris fessus quoq; uersibus esse,
 Et breuius cuperes me, meliusq; loqui.
 Forsitan & chartam uoluendo sæpe tuèris,
 Quod sis emensus, quod tibi restet, iter,
 Perfer, & obdura, tu carmina nostra petebas,
 Scilicet, illa putans plena sale, & Venere:
 Ergo alacri uultu lege, nec mala dixeris esse,
 Illa sed auriculis finge placere tuis,
 Utq; potes, lauda, gemino ne angare dolore,
 Versiculisq; meis, iudicioq; tuo.
 Quod si digna tuis ferrem tibi præmia uotis,
 Et nisi, q̄ tibi tu, mitior ipse forem,
 Dij magni, quantum horribilem: sacrûq; libellû:
 Carminis ecciperes quanta uenena mei?

IOAN. SECVND.

Sed te, correctum, leuiter, dimittere certum est,
 Ut minimo discas cautior esse malo.
 Ascribam tantum, quod, opinor, scire laboras,
 Quæ uia sit uitæ nunc ineunda mihi.
 Me mea ad Herculeas inuitant fata columnas,
 Languida quæ Phœbi plaustra cadentis eût,
 Inde alias forte, atq; alias peragrabimus cras,
 Hoc est humanæ conditionis opus.
 Et certè iuuat hoc, ut cum me fata reposcent,
 Cedere perspecto lenius orbe queam.
 Multos longinquo fortuna beauit in orbe,
 In quorum numero me quoq; fors an habet.
 Multos crudeli fato sine honore iacentis
 Dira peregrina uix bene texit humo.
 Quis scit an illorū numero quoq; forsitan addat?
 Nec sinat in patriæ me regione mori:
 Ut mea transcurret contemnens ossa uiator,
 Ignorunq; oculo nomen eunte legat,
 Et dicat, patriæ quis te mutare relicta
 Feruentis alio sole coëgit agros?
 Ante foreis Dominae melius tumulasset inertem
 Pars superiniecti non onerosa soli.

AD SIBRANDVM

Occonem

episto-

EPISTO. LIB. I.

Epistola Vndecima.

Quem sibi de multis iunxisse sodalibus
unum

Antiqua uoluit perpetuaq; fide,
Hanc tibi tam longè mittit Sibrande salutem,
Ianus, & inquit sedulus ecquid agas?
Num ualeas, sortisq; tuæ sine nube sinistra,
Hæc tibi florentis tempora ueris cant?
Nam sine me, memini, mihi te narrare solebas
Ducturum mæstos & sine sole dies,
Qui nunc in uana me sollicitudine rides,
Et memor in lætis uix pores esse mei.
Inq; sinu dominæ lenta ceruice recumbis,
Oreq; de roseo mellea dicta legis:
Qualia deposuit amoto uerba marito
Pastoris Phrygiæ Tyndaris in gremium.
Aut tentas uarias, domina ridente, choreas,
Aut studijs alacer dulcibus inuigilans,
Colligis à magno legum decreta magistro,
Vnde tibi uitæ fama sequentis eat.
Interea nostri tantum à te cura recessit,
Quantum de Ligeris flumine Scaldis abest.
Hoc ego uaticinor, sed si mihi diceret idem
Cynthius, oraculo non foret ulla fides.
Non ego Dodonæ dicenti talia credam,
Tu quoq; si iures per sacra perq; deos,

N S Et

IOAN. SECVND.

Et probus & uerax longo mihi cognitus usq;
 Scilicet hoc uno nomine uanus eris.
 Te mihi iunxerunt niuei, sine crimine, mores,
 Simplicitasq; sagax, ingenuusq; pudor,
 Et bene nota fides, & candor frontis honesta,
 Et studia, a studijs non aliena meis.
 Addidit his tacitos nutus, motusq; benignos,
 Et nodo uinctum duxit utrunq; pari
 Natura omnipotens, & si quod numen amicis
 Præsidet, & sanctas iungit amicitias
 Artibus occultis, Pueriq; uolatilis instar,
 Tela gerit pharetra forsan acuta graui.
 Credo equidē, uenis hominum quoq; spicula met
 Venilat accensas & deus ille facies. *(git,*
 At non uentosis huc illuc fertur ab alis,
 Explorat dubio nec pede cæcus iter.
 Promidus arcana tangit præcordia flamma,
 Concordis uitæ quam tenor unus alit.
 Qua sine fraterni languescit nodus amoris,
 Nec bene natorum cum patre constat amor.
 Quod nisi me fallo, quisquis fuit ille deorum,
 Communxit nostras complicuitq; manus,
 Cum primum patrio prouectus ab orbe subisset
 Docta uetustorum mœnia Bitturigum.
 Tunc egote uidi, tunc tecum pauca locuto
 Spes inconcussæ uenit amicitia:

EPISTO. LIB. I.

Tu quoq; uisus eras uotis accedere nostris,
 Et sen, u tacito iam bene uelle mihi,
 Forsitan haud alijs pepigerunt foedera sacris,
 Ad quorum stupuit Cerberus ipse fidem:
 Cum, uiuus uiuum Theseus comitatus amicis,
 Tranauit Stygias, & remeauit, aquas.
 Tempore liuescit sublimi uitis in ulmo,
 Tempore florentis spica colorat agros,
 Tempore distincto signamur poma rubore,
 Flumina temporibus, tempore crescit amor:
 Hei cur non nostri, quid enim iucundius esset:
 Tempora conuictus plura dedere dei:
 Exemplum canis essemus uterq; capillis
 Rarum seruatae semper amicitiae.
 Nunc uia, nunc montes, & cū tot flumina syluis
 Mœnia diuisos & numerosa tenent.
 Diuidat & tellus & corpora diuidat æquor,
 At præsens animus hic tibi semper erit.
 Ille uel immensi peragrauerit inuia ponti,
 Et loca quæ nullo sunt pede tacta prius.
 Ille per obstantis muros, obstantia claustra,
 Ingreditur longum clam taciturnus iter,
 Bitturigumq; procul mediam delatus in urbem:
 Sibrandum subito sistitur ante suum:
 Et cum solitis fallit sermonibus horam.
 Euocat in nostros te quoq; sæpe laeis,

IOAN. SECVND.

Aclaribus uestris post tempora pauca reponit,
 Et tecum longas itq; reditq; uias.
 Qualiter in somnis uarijs simulachra figuris
 Inuisunt nostros & recreant animos.
 Est sua præteritis in rebus sæpe uoluptas,
 Tota nec aufugiunt quæ placere semel.
 Arua, semel pinguis quæ fluminis unda rigauit,
 Dona diu retinent aufugientis aquæ.
 Nos quoq; qui nuper tot chara reliquimus istic,
 Temporis exacti sensus & umbra iuuat.
 Ante meos oculos semper tua currit imago,
 Umbra leuis corpus currit ut ante suum,
 Aureus à tergo fudit cum lumina Titan.
 Fallor: an & nostri uos quoq; cura subit?
 Et longè positi uultum reuocatis amici?
 Et tibi rara mei non memor hora uenit?
 Siue aliquid de me clausum sub pectore seruas,
 Omnia nobiscum seu uia longa tulit:
 Viue, & amicitias simileis tibi collige nostræ,
 Quæ minuant uitæ tædia longa tuæ.
 Scilicet, hoc miseris deus unum dulce reliquit,
 Solamen cunctis & dedit esse malis,
 Semper habere aliquem cum quo cõiungere possis
 Siue tuos lusus, seria siue tua.
 Hoc cuiuscunq; datum est, nunq; sua fata gemendo,
 Inuidiâ toti mouerit ille polo.

EPISTO. LIB I.

Sed bene decursæ gauisus tramite lucis,
 Laudabit grato carmine sæpe Iouem,
 Qui dederit uitæ primum cognoscere fructum,
 Quo sine, me certè, gaudia nulla iuuant:
 Non mensæ licet ipse suæ me Iupiter addens
 Det Ganymedæa pocula mixta manu.
 Nūc quoniam inprimis scio te cognoscere uelle,
 Et quid agā, & quorsum me mea fata uocēt,
 Imus ad occidui longinqua cubilia solis,
 Quā niger auriferas potat Iberus aquas.
 Dij mihi iucundos illic reperire sodales
 Dent, mihi consimileis, nec sibi dissimileis,
 Sed simileisq; tibi, simileisq; sodalibus illis,
 Quos mihi præcipuos Celtica seruat humus.
 Tunc mihi nec longæq; uia longiq; labores,
 Nec grauis infesto sidere Phœbus erit.
 At tibi tranquillos annos fortuna parauit,
 Et dotata domi gaudia seruat Hymen.
 Ante tuos uiues lætis conuiuia penateis,
 Quicquid eris, memorem te iuuet esse mei.
 Et seu læta tuis uenient, seu tristia fatis,
 Dicere, quàm longè nunc mihi Ianus abeste
 Participem nostri sese daret ille doloris,
 Diuideret mecum gaudia sorte pari.

AD PETRVM Clericum.

episto-

IOAN. SECVND.

EPISTOLA

Duodecima.

M Vsa sidereo soboles iucunda parenti,
 Afflictis requies unica pectoribus,
 Roscida quæ liquidis perstrigitis ætra susurris
 Fida meas semper turba secuta uias,
 Vsq; fatigati deuexa cubilia Phœbi,
 Quæ Tagus irrorat diuite flauus aqua.
 Mecum quæ toties sterili recubastis arena,
 In desertorum montibus Arragonum,
 Non ad aquæ curuo serpenteis tramite riuos,
 Mollis ubi in patulos sternitur herba thoro
 Et tremula rami prætexunt desuper umbra
 Regna natatricum vitrea Naiadum,
 Sed quæ sicca graui tellus exhausta calore,
 Assiduè duros uertitur in lapides.
 Ecquæ de uobis alio discedere gestit?
 Aruaq; ferre sacros per meliora pedes?
 Ad fortunatam Belgarum mitteris urbem,
 Qua nil splendidius spectat uterq; polus
 Huc ades, & cinctæ cursus imitata Diana,
 In nodum fusas coge Thalia comas.
 Aërijsq; uis pernici labere penna,
 Et pete Maclinæ mœnia clara meæ.
 Deq; tibi notis compella uatibus illum,
 Qui niueum fusca sub cute pectus habet:

Pectus

EPISTO. LIB. I

Pectus candidula pellucidius crystallo,
 Dignus fortuna candidiore frui.
 Notior hoc non est, sed nec tibi gratior ullus,
 Insistis longæ nunc, scio, prona uix.
 Impatiensq; moræ uix iam mandata requiris,
 Quæ tecum nostro nomine pauca feras.
 Vivere me dices, nam quo uiuamus in orbe
 Perdidicit proprijs callidus ille malis,
 Sæpe mihi fastum gentis narrare proteruæ
 Suetus, & exilij tædia multa sui.
 Cuncta tamen nobis fratris præsentia chari
 Lenit, & unanimi scædere sancta fides,
 Ludimus, & lento perfundimns aspera risu,
 Inq; casa regum marmora despiciamus.
 Nec de mille malis quicq; me durius angit,
 Quàm quòd abest oculis tã procul ille meis,
 Cuius ego lusus, & cuius seria noui,
 Qui nouit lusus, seria quiq; mea.
 Carmine qui nomen celebris retinebit in illo
 Quo cantata meæ lumina sunt Dominae.
 Hoc mihi purpureis dictatum blanda labellis
 Cypria per populos & freta longa feret.
 Fallor: an hinc famæ surgunt primordia nostræ?
 Parsq; meæ laudis magna feretur Amor:
 Omnia principijs insunt, Amaryllide lusa
 Martia per sonuit Tityrus arma uirum

IOAN. SECVND:

Illa igitur magnis Aeneæ clara sub armis
 Viuit, Regina nec minor est Tyria.
 Nos quoq; maius opus, sed nõ tã grãde canemus;
 Dulcis ut in tenebras corruat ille labor:
 Iuncta sed in parua uiuent tria nomina chartæ,
 Quæ legat ignota cuspide tactus amans,
 Concordeisq; graui gemitu ueneretur amores,
 Et mollem nostris mânibus optet humum.
 Annuit his Phœbusq; pater, doctæq; Sorores,
 Bacchus cornigerum mouit & ipse caput.
 Seu manet hæc illum, seu sors diuersa libellum;
 Multus at in nostro carmine Petrus erit.
 Mollis in illius surgit mihi nomine uersus,
 Crescit & in celeres pagina longa pedes.
 Tunc dulces subeunt curæ, tunc uerna iuuentæ
 Tēpora, & in lachrymas nata puella meas.
 Vulnere cum mecum langueret mœstus eodentis
 Eq; suis gemeret cladibus, eq; meis.
 Eq; meis gemerem flammis, flammisq; sodalis,
 Mouerat ex una quas face blandus Amor.
 Vnaq; nutribat facies, quæ sæpe dolores
 Mentibus, heu, nostris, gaudia sæpe tulit.
 Sed quid præteritæ reuocamus tempora uitæ?
 Turbine quæ rapido uertit iniqua dies?
 Præteriti memores, quantum meminisse iuuabit
 Carpamus uoluctis dona diurna moræ.
Hei

EPISTO. LIB. I.

Hei mihi, dum repero ueteres ignarus amores,
 Fugit ab aspectu rapta Thalia meo.
 Imperfecta ferens tenuis mandata per auras,
 Præcipitiq; petit regna beata pede.
 Cætera cū charta tibi dextera nostra loquetur,
 Petre sodalitiij pars numerosa mei.
 Materiam risus, nam sic lucunde mereris,
 Montibus in nostris carmina lusa damus.
 In quibus omnigenos Regina Pecunia luxus
 Explicat, & nitidas emicat inter opes.
 Qualis in aspectu latij Cleopatra Tyranni
 Sedit diuitijs orbis amicta uagi.
 Illam ego cum famulis, illam cum diuite cultu,
 Permitto manibus Petre iocose tuis.
 Iusq; tibi tra do, quod in hanc mihi cōpetit, omne,
 Et dominum magnæ te facio Dominæ.
 Felix augurium, magnarum accessio rerum
 Iam tibi nimirum, nec mora longa, uenit.
 Omina non fallunt, certè non omina uatum,
 Illa suis uatum suggerit ipse pater.

AD AVGVSTINVM SARA-
 tum, Hispanum.

Epistola Decima tertia.

○

Multa

IOANN. SECVND.

Multa quidem noster de te narrauit ami-
cus,

Deq; tuis Musis, deq; tuo genio,
Quam tamen adiecit magnæ post omnia laudi,

Vix bene credendis laus dedit una fidem.
Dixit, amat, Puerunq; colit, cū Matre, uolucrē,

Et uersu teneram nobilitat Dominam:
Iamq; nec argutæ cedit Theresilla Corinnae,

Cynthia nec Coa tam placet in tunica:
Quod simul ac dixit, subito mihi mentem ani-
mumq;

In desiderium uidit abire tui.

Cur ita: quod credā nullū, sine Amore magistro

Victuros lepida uoce sonare modos.

Sis felix in amore tuo, cultissime uates,

Et uati facilis sis Theresilla tuo.

Delia sic, Nen. esiq; tuæ non inuida fame,

Et uocet ad Jocias Lesbia te choreas.

IOAN-

IOANNIS

SECUNDI HAGIENSIS

EPISTOLARVM

Liber Secundus.

Ad Egidium Buslydium.

Epistola Prima.

Qua tibi pmissa graty Xenophōte repēdā
Munera, Buslydiæ celeberrima gloria
genis?

Mitemus pateras, gemmas mitemus, & aurū:
Fortunatorum felicia dona uirorum.

Hæc mihi dura negat uultu Rhamnusia toruo,
Hæc eadem uir magne tibi permulta supersunt.

Quidnā igitur dabimus: fortassis carmina dura
Inconcinna sono stridenti reddere uoce

Possumus, & precium donatis dicere rebus.

Ergo quot oceani latitant sub gurgite pisces,
Quot uolucres agitāt celeres per nubila pēnas,

Quot nutrit uaga terra feras, quot sidera cælo
Cernuntur nitidā circum rutilantia lunam,

Ver blandū auricomis flores quot gignit i hortis
Quot profert æstas cerealeis torrida spicas,

Quot modo produxit tumidos in uite racemos
Autūnus genitor, quot dulcia poma, quot idem

o

2

Decuss

IOAN. SECVND.

Decussit flauas uentosus ab arbore frondeis,
 Quot mō fundet hyēs niueos cū grādine floccos
 Tot tibi sint, pluresq; dato pro munere, grates,

Ot bi quāta fuit, quāta est quoq; cura fouē-
 Musarū assiduē studijs, sacræq; Mineruæ: (dis
 Nec satis esse putas factum memorabile fratris,
 Illius æterna noti super æthera fama,

Pridem Pierides uitreīs Heliconis ab undis
 Ad patrios qui duxit agros, posuitq; superbo
 Marmore laurigeris habitacula splēdida Musis
 Louanij decus, & terræ ornamenta Brabantæ.

Quæ nunc cū populis merito certare Latinis
 Audet, & ingenijs felix contendere Graijs,
 Et sancta Hebræum mysteria pandere Vatum.

Ergo prius uirideis spoliabit frōdibus alnos
 Ver tepidum, glaciemq; dabit, gelidasq; pruinas,
 Floribus & pro purpureis, herbaq; uirenti,

Obteget incultas niuibsq;, & grandine terras,
 Bruma rigens reddet nudatis gramina campis,
 Floribus ornabit terram, messemq; uidebit,

Luna subire uolet fraternos ante labores,
 Germanæq; suæ nocturnum scandere currum
 Phœbus, & ignorum cupiet uolitare per orbem,

Agricola infido mandabit semina ponto,
 Et flauam medijs segetem resecabit in undis,
 Buslydiæ gentis quam ter ueneranda peribunt.

Nomi-

EPISTO. LIB. II.

Nomina, & eximij morietur fama laboris:
Hoc facient sacri Phœbeia turba poëta,
Cura uiros quibus est, uicturo carmine, claros
Tollere de nigris tenebrofi faucibus Orci,
Et uitam post fata nouam præstare sepultis.
Nos humili interea canimus iuuenilia Musa
Carmina, quæ teneros licuit luisse per annos,
Quos mihi iam primum fatalia numina Parca
Ante dies paucos treis ad tria lustra dederunt.
Forte etiam, pia si faueat modo turba Sororum,
Et deus integri spaciun concesserit æui,
Maiori meliora tuba, & grauiora canemus,
Atq; erimus uestre non ultima buccina laudis.
Tunc, inter nostri mihi tu, uir maxime, secli,
Proximus à primo numerabere Mœcenates.
Interea placido, quæ nunc damus, accipe uultu,
Nosq; tuos inter, quod iam fecisse uidemus,
Sede uel extrema, pergas numerare clienteis.

AD ANDREAM

Bauerium.

Epistola Secunda.

Ille ego, qui tenuis uersus, & inutile carmē,
Hæctenus ingratis nimium (nã uera fatebor)

IOAN SECVND.

Addictus cecini Musis, florentia longum
 Deuius in sterilibus consumens tempora curas,
 Iam demum scriptisq; tuis, ueroq; potenti
 Admonitus, pluteo cunctos ex ordine uates
 Deieci, Flaccuq; graue, magnumq; Maronem,
 Et quem grandiloquum produxit Corduba uate
 Quiq; canit uarias aliena in corpora formas
 Mutatas, tenerumq; docet præceptor Amorem,
 Mox oratores, uatum cum paupere turba,
 Ablatos medio, tenebrosa in parte locauit.
 In quorum subiere locum Baldiq;, Cyniq;
 Atq; alij, quorum tot barbara nomina Musam
 Enarrare piger Latiam, quæ cuncta ubi nobis
 Visa peracta satis, sed iam quoq; cõuenit, inq;
 Quam pergã extremũ charis ualedicere Musis,
 Carmina pauca prius monitori reddere uati:
 Ac ueluti, tumidas quondã exturbãdus in undas,
 Dilectam cytharam tetigit Lesbous Arion,
 Sic ego, præruptum iam descensurus in æquor,
 Ultima decorem faustæ dare carmina chartæ,
 Suasoris quibus ingenium laudare poetæ
 Mens erat, et uerbis super æthera tollere dignis.
 Iamq;, mihi longotet Calliopæa uocata
 Murmure, constitit at formoso splendida uultus,
 Vocalem manibus cytharam præterdere uisa.
 At simul ingenteis uidit, longo ordine, libros,

Sarcina

EPISTO. LIB. II.

Sarcina qui ualido possint grauis esse elephanto,
 Proq; Marone suo reperit ignotaq; uerba,
 Ignorasq; notas, & barbara noua mille,
 Obstupuit, calamunq; meum frustrata recebit.
 Ergo, tuis si digna minus damus optine Vates,
 Tecum age, qui tanto misereum in discrimine ponis.

AD IOANNEM SCHORELLIUM

Pictorem eximium.

Epistola Tertia.

Pictorū sublimis honos, columeq; uirorum
 Artificū, rudibusq; nouū decus edite terris,
 Qui procul ad patrios orbis monumenta Latini
 Fers agros, Rheniq; locas ad flumina Romam:
 Accipe Maclina missas tot ab urbe salutes
 Quot nosti uarios tabule dare rite colores,
 Quot didicisti hominū diuersas ponere fornas,
 Pingere quot uerna solitus super arbore frōdeis.
 Has tibi dat, Batauis tecum pronatus in agris,
 Qui discedenti nuper tibi pauca, Secundus,
 Carmina concinuit, deuotæ pignora mentis:
 Expectatq; diem, qua tecum cernere clari
 Mœnia Traiecti, turritaq; templa deorum

IOAN SECVND.

Possit, & ingentem cæsar quã Carolus arcem
 Tutandis posuit populis, Paciꝑ; dicauit.
 O felicem illum, si te, monstrante, uidebit
 Diuitias, gazasq; tuas, & quicquid in omni
 Vel latet Ausonia, uel Dædala Græcia uidit.
 Fingimus hæc nobis, sed qui dnã fingere prodest
 Irrita uelivolæ uemo iactanda per undas:
 Vsq; a deo Batauis studiosè finibus arcet
 Inuida me fati series, & iniqua tyrannis
 Fortuna, quæ diua potens mortalia uersat,
 Sed ueniet, ueniet tempus, licet improba pugnet
 Lata hoim Fortuna malis, quod iūgere dextras,
 Quod notas audire dabit, quod reddere uoces,
 Si quid uota ualent, nec nos tua litera fallit,
 Cum te Maclinia iam iam spectabimus urbe.
 Interea, celeri Phœbus secet aëra curru:
 Noctiuagosq; boues stimulis uaga Luna fatiget.

AD CAROLVM

Sucquetum.

Epistola Quarta.

CArole, quem nondū uisum cogebat amare,
 Cōcordeis uenerās laudes ex orbe remoto,
Quas

EPISTO. LIB. II.

Quas tibi certatim cœtus cumulabat eorum
 Qui mediocre nihil tantum sublimia norunt
 Tollere, non dociles quæ sunt laudanda silere.
 Heu, quæ longinquas aduenit fama per oras,
 Fama nigrescentum plumarum tegmine pulla,
 Funereasq; faceis, atramq; ferens cupressum,
 Ora gerens centum, lugubre sonantia carmen,
 Absorptum fatis, & pro dolor, exhalata
 Alpinas Sucquetum anima soluisse pruinas.
 Ac iuuenile illud, dignum melioribus annis,
 Tellure in gelida tabescere corpus, at umbram
 Pallidulas iuisse uias, ubi creditur olim
 Portitor incanus cariosam uoluerè cymbam.
 Hæc tota miserum funestæ nuncia cladis
 Mente procelloso sic turbine deiecerunt,
 Ut uix crediderim simili iacuisse dolore
 Confusam Progenem, facta cum in morte sororis
 Sumere barbarico iussa est lugubria regi.
 Quid facerem dulci iam bis priuatus amico?
 Ante quidem, rapto, sed sic ut reddere posset
 Si qua dies uotis nostris non lenta faueret.
 Nunc, procul in longis iusso dormire tenebris,
 Vnde negant oculos uigiles attollere quenq;
 Quid quereretur tecum mens obsopita iacebat
 Et sine sole dies ibant, sine sidere noctes.
 Ah, quoties, hærens in tristi carmine lingua,

IOANN. SECVND.

Desistit dominum, conante n̄t alia fari:
 Te neq; ergo, raptum à patria, charaq; parète,
 Infelix iuuenis, primæuo in ueris honore,
 Fata peregrino uoluerunt puluere claudi:
 Tamq; cito potuit mors illachrymabilis unca
 Falce tuos annos, & spes refecare tuorum:
 Hoc hoc illud erat, quod cum te eduximus urbe,
 Quæ sinuosa meant opulenti fluuina Deli,
 Et procul incipiunt Scaldis sentis cere nonen,
 Migrantemq; sumus loca per concessa secuti,
 Sic alacer, sic lætus eras, teq; ire uideri
 Ad connubia dicebas, lætosq; Hymen eos:
 Et fortasse tuæ metuebas omnia mentis.
 Hæc, nunc illa iacet legum numerosa sacrarum
 Cognitio, mensq; illa nouem deuora deabus,
 Et choreæ, et cæcus, et quicquid amabile uitæ est
 In tabum tellure nigra depressa recumbunt.
 Et quorsum nunc cura? laborq; uigil: totiesq;
 Lux grauis: & toties nox defraudata sopore:
 Scilicet, ut dicat multis è milibus unus
 Ah, curas, Sucquere, tuas, longosq; labores
 Abstulit hora nocens, & iniqua mersit arena.
 Nempe nihil Diuæ potuerunt addere lucis,
 Quæ fundunt liquido resides in uertice cantus.
 Fila seuera cohors abrupit, terq; tribus, tres
 Præualuere Deæ, Nunc, i, cole sacra Sororum,
 Sacra

EPISTO. LIB. II

Sacra colens, quicumq; cupis per inertia stagna,
 Ad sedes auidas, & regna tenacia mitti.
 Heu fera sæuities, & lex non æqua deorum.
 Phœbus ad occasum flammæ molitur ab ortu,
 Idem, florentis iuuenili ueris ab æuo,
 Per rapidos æstus, & pomiferos autumnos,
 Prouolat ad senium glaciale uolubilis anni.
 Cum semel occupat arcu pallefcere dextro,
 Luna senescenti debentur cornua Lunæ.
 At nobis miseris incerta stat orbita uitæ:
 Et quoties iuuenile decus properata senectus
 Occupat, & medio flores languescere uere
 Cogit odoratos, opulentaq; uota caducis
 Vellit ab arboribus, truncosq; relinquit inaneis:
 Arenteis truncos, & edaci pabula flammæ:
 Talia uoluentem, & tantum non talia fantē
 Vidit, & ora quater mutauit menstrua Phœbe:
 Solq; unum cœli spacium complerat, & ignis
 Aegocerontæi gelidum peragrauerat orbem,
 Quom tandem, Ausonijs quidam delatus ab oris
 Me mihi restituit, lachrymosaq; nuncia dānans,
 Sese oculis uidisse suis tua lumina dixit,
 Et retigisse manus, uocemq; hausisse, nec ulla
 Narrauit uenisse tuis incommoda fatis.
 Hæc aliter stupui, q̄ cum conspexit Orestem
 Uuentem Germana, cui funebria dudum
Soluerat

IOANN. SECVND.

Soluerat, & tristeis defleuerat ossa per aras.
 Tunc mihi uisus eras gelidis rediuuius ab ūbris
 Illicitas remeasse uias innabilis undæ.
 Et tali iam nolebam caruisse dolore.

Viue tuos annos, & sin: tibi mollia fata:
 Inq; tuam patriam tibi det fortuna reuerti,
 Stipatum Musis, & terris exule diua.
 Plectit odoratas tibi Flandria læta corollas
 Terra parens, cinctura comam redeuntis Alūni.

AD .M. ANTONIVM CAI-
 mum Mediolanen.

Epistola Quinta.

Tu licet, æternæ mediæ uirtutis in arce,
 Urbem quâ posuit Biturix in pinguibus
 aruis,

Dulcibus insudes studijs, labrisq; disertis
 Alciati excipias semper manantia mella:
 Quæ te felicitinctum medicamine roris
 Omnia carpenti prohibebunt cedere fato,
 Et fama ingenti magnum super æthera tollens:
 Non tamē hæc nostris possunt cõtendere Marce
 Delicijs, quas rura oculis gemmanctia fundunt,
 Deli-

EPISTO LIB. II.

Delicijs quas ori infundit myrreus aër,
 Et picturatae mittunt per inania sylvae
 Auribus, è uolucrum modulamine matutino.
 Cedere fumosis ignorant prata caminis,
 Et flavae segetes, & opes ter mille colorum,
 Fluminaq; obliquas inter crepitantia ripas,
 Nec, casa quòd parua est, atq; obsita marmore
 nullo,

Obsita uiminibus, nec quòd laquearia centum
 Non praebent totidem suspēsos uespere lychnos,
 Non iuuat hoc etiam liquidas admittimus auras
 Sic melius, minimūq; loci est sine mollibus herbis
 Nec tamen heic desit, rabidi quo sideris aestum
 Ventorūq; minas satis excludamus, & imbreis,
 Aut ubi securos nocturna silentia ponant,
 Aut libris, studijsq; diurna negocia dedant,
 Aut ubi mensa suo spumet genialis Hiaccho.

Ante oculos arx est, quæ colli imposta uirēti,
 Despiciet & syluas, & prata iacentia longè,
 Et longè positas spacijs distantibus urbeis.
 Ipse locus sylua est, neq; desunt numina syluae:
 Sæpe illic Nymphas, arbusta parēta uagāteis,
 Auritosq; deos stupidi uidēre coloni.
 Præsidet his latè regnis uenerabilis æuo,
 Coniuge cum sera, natisq; uirentibus, heros.
 Eloquar an sileam: natam quoq; nutrit in arce

Formo-

Formosam, teneram, sed non potes omnia scire,
 Incomitata solet syluis hæc sæpe uagari,
 Vix inter comites bene dignoscenda Diana:
 Nunc uallo conclusa latet, quæ causâ latendi
 Finitimi dubitant: sed sunt qui dicere tentent,
 Aduenisse nouam Fauni de gente cohortem,
 Qui rapiunt quascunq; uidet per rura uaganteis,
 In saltusq; uagos tractas, & in inuia syluæ,
 Luctanteis terebrant uillofi pondere nerui.

Hoc quoq; qs credat: uenandi discimus arteis
 Atq; ubi luce dies cœpit pallefcere prima,
 Et thalamos egressa uiri Tithonia cani,
 Ambiguo summas aspergit lumine uillas,
 Roranteis per agros, canibus comitantibus, itur
 Qui postq; latos cinxere indagine colleis,
 Incauto lepori, dum se mouet, assilientes,
 Plurima conanti decerpunt undiq; uitam.
 Illicet irruimus, prædamq; è dente tenaci
 Vellimus, at fera turba canum latrantia frustra
 Ora mouet, raptiq; oculos in corpore figit:
 Miraturq; suos aliò transire labores.
 Ah, quoties, noto, tutoq; cuniculus antro
 Digressus, longè & genti deprensus odora,
 Passibus haud æquis fugit impèdencia rostra
 Lassusq; exiguæ spoliatur munere uitæ:
 Sæpe manu ualida lunamus flexile cornu,

Aetheria & tenui terebramus nubila ligno,
 Sæpe anima dulci spoliamus in ære coruum,
 Sæpe per umbrosos saltus, & deuia syluæ,
 Turbamus ceruæ alipedis uestigia ferro.
 Per dici quoq; pernicios funesta paratur,
 Si quando segetes, arbustaque tuta relinquit,
 Fataleisq; petit campos stridentibus alis:
 Quippe ubi labentem tellus male fida recepit
 Corpore languidulo, fessumq; labore uolandi,
 Hostili subito circum discrimine septus
 Multa tremit tacitus, detataq; fata moratur:
 Infauftamq; animam larrante sub agmine ponit:
 Nil arteis illi, nec auita sagacia prodest,
 Aut genus à Puerò deductum nobile, primus
 Qui ferram dedit, & bifido (mirabile) ferro
 Circum in se duxit speciem reuolubilis orbis,
 Quo terraq; fretumq; & magni machina cæli
 Signatur, discuntq; uiri sua uoluerè fata:
 Ingentemq; Iouem tenui suspendere charta.
 Hæc & plura, uelim quæ te cognoscere corâ,
 Ab desiderio reuocant urbisq; sacratæ,
 Mellitoq; sodalitiò, pars maxima cuius
 Marce mihi (lætor sic te uoluisse) manebis,
 Quo te cūq; ferent pennis felicibus auræ,
 Quo me cūq; uehet dubijs Rhamnusia plumis:

Ad

IOANN. SECVND.
AD DIDACVM MENDOSAM,
POETAM
Hispanum.

EPISTOLA
Sexta.

Didace, quid, frustra, uatè leuioribus olim
Assuetum numeris, urges ad grandia uer-
bas

Carminaq; integris solidè constantia membris:
Qualia, cum magni caneret primordia mundi,
Floridus insonuit grandi Lucretius ore:
Magnos magna decent: riuos ego, paruaq; quæro
Flumina, nec uetos, sed lenem persequor auram.
Turbatos aliq; fluctus maris, & salientis
Neptuni fremitus, & Tethyos undos ai
Fluctifragis spectent de uerticibus scopulorū.
An me non potius myrti iuuet umbra uenusta,
Quæ gracilem, uernis Zephyris impulsâ, coro-
nam

Commiserata, meos mecum suspiret amores:
Quâ sylua in magna pugnâte discernere quercus
Turbibus uentorum in mutua uulnera pulsat:
Quâ pineta graui resonant concussa fragores
Cumq; imis orni radicibus exturbantur:

Nec

EPISTO. LIB. II.

Nec tenuis cantus datur exaudire uolucrum:
 Tu, quem per maiora uehit fastigia rerum
 Spiritus, ingenti laudis percussus amore,
 Et cuius genus heroum de sanguine ductum
 Ignorat carmenq; leue, & Musam popularem,
 Erige te, pete sidera non ignotus auita,
 Nec cursum ærio Parnasi in uertice sistas:
 Mendozamq; domum præclaram Marte rogaq;
 Qua nil nobilius circumspicit occiduus sol,
 Extremis notam populis, æuoq; futuro
 Effice, diuinis numeris, linguaq; diserta:
 Namq; potes, nec te frustra olim gurgite flauo
 Excepit Tybris, sacris & perluit undis,
 Insignem cythara iuuenem, rursusq; poetam
 Hispanæ gentis mirata est maxima Roma:
 Nec frustra ad sacras cecinit tibi carmina cu-
 nas

Calliopæa soror, magnum decus Heroinis
 Hesperijs, felix si nunq; fortibus ausis
 Cum tenero crudum iunxisset Apolline Martè,
 Nos sine ferre gradum tua per uestigia lentè,
 Sæpius atq; alio incertos deflectere gressus,
 Atq; iterum remeare, iterumq; iterumq; relabi:
 Nec tibi displiceat nostræ temulentia mentis,
 Infirmiq; gradus: si magnam quisq; Maronem
 Aequasset, nunq; didicisset Delia cautos

P . Fallere

IOAN. SECVND.

Fallere custodes, & mensas pingere uino,
 Nec nosset succos queis collo liuor abiret:
 Cymbia non clausos dilecti Vatis ocellos
 Docta reclusisset tremebundo molliter ore:
 Nec Veneris kuer indomitus, Nasone magistro,
 Maternam cultis iam moribus ingrederetur
 Per Romã, patriæ iã nõ memor aplus Aethnæ.
 Deniq; si paribus certarent nixibus omnes,
 Quæ rapiunt uolucres Elæo in pulnere currus,
 Quis ferret primum palmæ uinã uantis honorem

IOAN.

IOANNIS

SECUNDI HAGIENSIS

ODARVM LI-

ber Vnus.

CAROLO. V. Romano.

Imp. Coronato.

ODE. I.

A Deste, magni progenies Patris
Miseræ, potenti carmina Cæsari
Cantate, quæ fides priorum
Hactenus haud tetigère Vatum.
Quæ saxa rursus, quæ moueant feras,
Aguasq; sistant blanda uolubileis,
Quæ mulceant aureis canore
Omnium ubiq; hominum suauis.
Gaudete ciues, plaudite, plaudite,
Gaudete quotquot terra tenet bonos,
Curasq; tristeis, atq; acerbos
Pellite pectoribus dolores.
Sumpsit sacro debita uertici,
Post tot moras, tandem diademata,
Ille optimusq; maximusq;
Ille uagum domiturus orbem.

P

2

Erro:

IOAN. SECVND.

Error: an nē uati talia seruido
Sagax futuri Cymbius indicatē
Quæcunq; suggeris, precamur,
Vt superis rata sint, Apollo.
Et noscat ortus, noscat & occidens
Vnum potentem Cæsara Carolum:
Quo mitius, clementiusq;
Nil dederunt uic, dabuntue secla.
Non si recurrant tempora, quæ Iouis
Ferunt parentem falciferum senem
Rexisse, cum Fides, sororq;
Iusta pio superesset orbi.
Ergo querelas ponite lugubreis,
Ergo: postum promite Cæcubum,
Hæc, hæc dies, hæc est choræis,
Hæc rutilis decoranda flammis.

DE VERIS Discessu.

ODE II,

I Am Ver præterijt dulce, nec amplius
Parua cædem utili carmine lugubri
Florat Dauilas ales,
Alta stans super arbore.

ODA. LIB.

Iam solis radio Cancer inæstuat,
 Iam fessus gelidas cum grege languido
 Pastor quæritat umbras,
 Umbras frigus a nabile.
 Et cuius radios ante cupiuerat,
 Vicino nimium plurima Cynthia
 Nunc conuicia fundit,
 Aestus impatiens grauis.
 Sic, sic prætereunt tempora, nec manet
 Quicquid sic fugiens cuncta rapit dies,
 Sic cælo placet, hæc sunt
 Anni iura uolubilis.
 At quantum fuerat, quantum erat, obsecro,
 Largiri miseræ turbæ hominum deos,
 Solo uere suauiter
 Vti posse perenniter:
 Sic certè Elysijs uiuitur in locis,
 Vno perpetuo uere ubi perfruens
 Felix turba piorum,
 Non soleis capiti graueis,
 Non diræ segetem grandinis, & niuis,
 Non horret Boream, nec rabidos Notos,
 Nec tristes Aquilones:
 Vno flante Fauonio.

Ad

IOAN. SECVND.
AD EGIDIVM BVSLIDIVM
Iuniozem.

ODE III.

PARS, o, meorum magna sodalium,
Quos uel dederunt tempora, uel dabunt
Quando illa, illa dies erit,
Qua tecum, socia urbe,
Amice longos sæpe teram dies?
Cernamq; Musæ delitias tuæ?
Quæ dicat tibi tinnulo
Suaueis carmine uoces?
Cernamq; quas uel Parrhasius tulit,
Scopasue, quarum diues es artium,
Solers aut hominem, aut deum,
Sculpto ponere saxo?
Vitamq; falsam rite coloribus
Præstare mixtis? & facili manu
Tabellæ sine corpore
Tenuis indere formas?
Sperare de te nam libet hæc mihi:
Et iam leonem iudico ab unguibus.
I, quo te uocitat tua
Virtus, i pede fausto:

ODA. LIB.

Vesturus olim Buslydium genus
 Ad alta cœli sidera nobile,
 Quod sublimia uertice
 Iam nunc nubila tangit.

Nos interim, quando tua cernere
 Sor: ora coram non sinit inuida,
 Nobis effigiem tui
 Mitti sæpe rogamus.

Transfusa formis ut mihi pluribus,
 Perstet sodalis mnemosynon mei,
 Et uel cernere sic queam
 Dilectum mihi uultum.

Non est quod illa paululum imagine
 Carere nolis, (quam manus in, olens
 Fecit nostra, rudem nimis)
 Præsertim reditura:

At est quod illa nolit imagine
 Carere Ianus, quæ sibi melleum
 Præsentabit amiculum,
 Quocunq; ille feratur.

AD AMICVM.

ODE IIII.

Ante

IOAN. SECVND.

ANte Phœbeo cariturus igne est
Orbis, & Lunæ gelidos meatus
Ne, ciet, linquentq; tenebricosum

Sidera cœlum:

Cancer arctabit spaciū diei,
Porriget longas Capricornus horas
Lucis, & noctis breuiore meta

Tempora ducet.

Puppis ignotas teret unca terras,
Plaustra uoluentur liquidas per undas,
Pescis in syluis, aper in profundo

Pabula carpent:

Quam tui possim posuisse curam,
Siue quod sum nunc, ero, siue maneis
Inter, obscuris habitabo regnis

Pallida forma.

AD HADRIANVM GOESIVM
IVRISCON. Vxorem
ducturum.

ODE. V.

ERgo, dulcis amicule
Nobis tam citote subtrahis, & uagis
Finem

ODA. LIB.

Finem ponis amoribus:

Et te sponte tua brachia mollibus

Subdens libera uinculis,

Captiuus hominum cœtibus inseris:

Sortem seruitij grauem, &

Passurus dominae sceptrâ puellula.

Visurus tamen interim

Natos, legitimæ præmia Cypridis,

Natos, certa leuamina

Curarum, & socij pignora lectuli:

Quos qui tollere negligit,

Dans infrugiferis semina uepribus,

Ignauus moritur senex:

Indignusq; cui contigerit parens.

Ergo spernere si potes

Curas, mœstittias, uincula, carcerem,

Dum castus tibi sit torus,

Et gignas aliquid quod tibi succinat

Nomen dulce parentibus:

Aula quodq; tua lusitet, & patris

Observantibus atria

Monstret ora sui certa clientibus:

I, quo te impetus impotens,

I, quo magnus Hymē te uocat, & potens

Dextra teligera Puer.

At nos interea, quando relinquimur

IOAN. SECVND.

Abs te, cum reliquis tamen,
Quos non ista tenent iura, sodalibus,
Donec canities abest,
Carpamus Veneris gaudia liberae.

CAROLO QVINTO ROMA-
no. Imp. in Belgicam
reduci.

ODE. VI.

O qui potenti, Carole, dextera,
(Quod Turca dudum barbarus inuidet,
Magni quod inuidere reges)
Sceptra tenes potioris orbis,
Quis te deorum, maxime Cæsarum,
His post tot annos reddidit urbibus?
Cæloq; natali? sacrisq;
Quæ puerum tenuere cunis?
Iam iam sepultæ fletibus, & nigro
Luctu, serena est reddita patriæ
Vultu tuo lux, & uidentur
Ire dies meliore sole.
Implumis ut cum turba relinquitur,
Deserta nido mater ubi est procul.

(Escam-

ODA. LIB.

Escamq; natis fida quærit,
Longius & solito moratur:
Expectat usq; & usq; querens, querens,
Intenta seruans lumina perpetim,
Circumiacenteis aut in agros,
Aut latera in spaciota syluæ:
Desideratum sic nimium diu,
Suum uocauit Belgica Cæsarem:
Hunc illa uoris, hunc poposcit
Thure deos, precibusq; sanctis.
Hic ille namq; est, numine cuius, &
Pacata tuti per maris æ quora
Nautæ fruntur, datq; terris
Semina fertilibus colonus
Securus, & iam non timet, usibus
Ne seminaret militis impij:
Per quem per agros tutus it bos:
Picta pecus terit arua tutum.
Hic Cæsar ille est, qui regionibus
Exterminabit omne nephas suis:
Ac exuleis terra Sorores
Sideribus reuocabit altis.

AD NICOLAVM

Buslydium.

ODE. VII.

Thrax

IOAN. SECVND.

Thrax mouit olim carmine Tigrides,
 Syluasq; Vates traxit, & impetum
 Pronæ reuerti iussit undæ,
 Vocis ad arbutum canoræ.

Idemq; regem, carmine lugubri,
 Cui regna nullis cognita solibus
 Cessere, pallentesq; turbæ,
 Perculit in sua uota mitem.

Regina chordis uicta potentibus,
 Tepente lauit lumina gurgite:
 Crudelium malæ Sororum
 Insolito maduere fletu.

Consensit unis Regia uocibus,
 Blandi maritam præmia carminis
 Ut, per uias nulli remensas,
 Tristibus eripiat tenebris.

Sed dona diris irrita legibus
 Fallax tyrannus fecit, & ð, nephas,
 Fatalibus respectam ocellis
 Rettulit in loca fusca prædam.

Tunc ille longum, munere subdoli
 Frustratus Orci, per Tanai niueis,
 Heu, perq; Riphæas pruinas,
 Ingemuit gelidis sub antris.

At tu, nigrantis, si prece, Tartari
 Pro mollicella jollicites hera

ODA. LIB.

Illachrymabilem cohortem,
 Mobilibus digitisq; pulses
 Blandas fides testudinis aureæ:
 Non strictus ullis conditionibus,
 Victor beatus, ad supernas
 Cum Domina reucharis auras.

DE AMORIBVS Francisci
 Catzij.

ODE. VIII.

FRancisci teneris digna caloribus,
 Isabella, meæ proxima Iulia,
 Quocunq; orbe moraris,
 Fido in pectore stas tamen:
E quo nec rapiet te rota temporum,
 Nec diuersa tuis tot loca n. cembus.
 Heu, quantum tamen hinc est
 Inter Louanium solis
Hærent luminibus lumina mollia,
 Arguta, & tacitis subdola nutibus,
 Hærent, atq; reuinctum
 Quem cepere semel, tenent.
Hærent auriculis uerba sonantia,
 Quæ possunt superos flectere, quæ deum
 Qui

IOAN. SECVND.

Qui seruat loca terra,
Nulli peruia lumini:

Ad quæ cum, tenuem efflatus in aëra
Francisci gelidus spiritus iuerit,
Vna uoce suauis
Dilectæ Dominae suæ,

Quam terræ tumulis obrutus audiet,
Quam tota excipiet regia nigricans,
Vno murmure dulci
In uitam reuocabitur.

O, felix facibus forma potentibus:
Fas florere meis te quoq; uersibus:
Dum fletus Puer ales
Et suspiria nesciet.

AD PETRVM

Bausanum,

ODE VIII.

Q Visquis, serena mente, potest suos
Inter sodales uiuere leniter,
Qui mente coniunguntur una,
Et studijs rapiuntur iisdem,
Illum beatis respicit ignibus
Distincta cæli regia mobilis:

Et

ODA. LIB.

Et sortis expertem malignæ,
 Collocat in medio deorum.
 Non lior illum pallidus occupat,
 Non cura firmum uersat & huc & huc,
 Nec sperat usq; lætiorē,
 Sidere sub meliore, uitam.
 Seu uiuat illic, quā freta perpetim
 Astricta canis stant Aquilonibus,
 Seu quā nigros, usti propinquo
 Secl, trahunt populi colores.
 Sic Petre Musas inter amabileis,
 Interq; iunctas brachia Gratias,
 Risus, iocos, lusus, amores,
 Exilium patriæ feramus.

AD AMOREM.

ODE X.

ERgone, uitæ quod superest meæ,
 Suspiriosis liber Amoribus
 Degam: nec in uenis calebit
 Ille meis Deus ut solebat:
 Iam, iam remissi pœnitet ocij,
 Iam, iam proterua spicula dextera

IOAN. SECVND.

In pectus hoc, in erme pectus,
 Sparge Puer resonante neruo.
 Viua m̄q; rixas inter & oscula,
 Interq; risus, & lachrymas graueis
 Spemq; & metum, uitam, necemq;
 Tempora floridulae iuuentæ.

IN CHOREAS AB SE
 spectatas.

ODE XI.

CVRRU Diones uectus eburneo,
 Vidi modo heic, iam nescio quo loco,
 Calente cursitare mixtas
 Cum iuuenum serie puellas.
 Vna inter omnes florida uirgines
 Terram tenello sollicitans pede,
 Versabat in gyrum sequaceis
 Secum oculos, animosq; turbæ.
 Ut rubra puro lacte natans rosa,
 Serpebat albas purpura per genas:
 Frons crine flauo fulgurabat,
 Fuluo ut ebur uariatur auro.
 Sic illa, membris læta uolantibus,
 Producta chari nunc iuuenis manu

Circum

ODA. LIB.

Circumibat, intactamq; sensim
 Nabat humum trepidante planta.
 Nunc sola, gratis libera nexibus,
 Errabat, huc uibrans oculos, & huc,
 Lusq; mobilis proteruo,
 Huncq; petebat, & hunc, & illum.
 Beata, dixi, terra: uel hos pedes
 Tu bruta senti, uel mihi fac locum:
 Seq; illa per pectusq; nostrum,
 Per faciemq; oculosq; uoluat.

AD DEVM OPTIMUM MA-
 ximum, quum tumultuarentur
 Anabaptistæ.

ODE XII.

Conditor terræ, undiuagiq; ponti,
 Aetherisq; alti, tibi magnus æther
 Concinit laudes, tibi uasta tellus,
 Et maris undæ.

Quippe cum, uerno redeunte sole,
 Induit frondeis nemus, & Fauoni
 Suscitât flores genitalis aura
 Suauolenteis,
 Cuncta te immensum dominum fatentur,
 Sive, frondosis aqua septa ripis,

IOAN. SECVND.

Limpidi fontis referat figuram,
Sive lapillis

Pugnet insultans tenui susurro,
Sive per sylvas Zephyrus sonoras
Concitat frondeis, uolucresue cantu

Aethera mulcent:

Sive oves centum, & totidem capellæ
Rosci dam pascant niueæ per herbam,
Frigerans quæ fons scatet, & propinquos
Irrigat hortos.

Quid maris dicam uarios recessus:
Et quid accessus: pelagiq; monstra:
Quid globum Lunæ uarium: aureiq;
Lumina Phœbi:

Totq; diuersorum animantium oras:
Totq; diuersas hominum figuras:
Tot salutareis frutices, & herbas:

Totq; nocenteis:

Arborum & fœtus uarios colores:
Nec minus dulci uarios sapore:
Quæq; in aprico trahit uua suauem
Colle ruborem:

Vnde iucundus liquor ille Bacchi
Manat, afflictis animis leuamen,
Vinciens ægorum hominum suauis
Pectora uinclos

ODA. LIB.

Te deum, cunctorum operum parentem,
Cuncta consensu tacito salutant,
Magne Sol, pulchriq; Anima alma mundi,

Te ueneratur

Arctos, æterna glacie stupefcens,
Imbribusq; & fulmine foetus Auster:

Quæq; surgentem uidet ora solem,
Quæq; cadentem.

Huc ades, Rex, ò, hominum, & Deorum,

Si tuas sanctè celebramus aras,

Et tibi gratos, humili canena,

Dicimus hymnos.

Bellaq; & scètas hominum nefandas,

Et mali quicquid uitijs meremur,

Pelle de nostris laribus, focusq;

Præcipuè illos

Qui, nouæ sub religionis umbra,

Cæde grassantur, populant: urbeis,

Et tuæ genti excidium minantur,

Dira frementes.

Frange conatus populi furentis,

Publicorum ausus cohibe latronum:

Et tuam nobis placidam, misertus,

Redde quietem.

IOAN-

IOANNIS

SECUNDI HAGIENSIS

Sylvarum Liber

Vnus.

DIALOGVS LVCIANICVS
DORIDIS ET GALATEAE:

Latino carmine redditus.

Forte deæ pelagi, ludentes littore curuo,
Captabam radios auree Phœbe tuos.
Hæc Thetis, hæc Melite, Spio, Panopeaq; uirgo,
Cymodoce, Doris, & Galatea fuit:
Quom Doris ficto Galateam molliter ore
Risit, & arguto strinxit amara ioco.

DORIS.

Scilicet, egregie tandem formosus amator
Contigit, o, felix iam Galatea, tibi,
Nimirū hic Siculus pastor, proh numina, qualis
Deperit, ut passim fertur, amore tui.

GALATEA

Neride: qualis qualis tibi Dori uidetur,
Neptuno tamen est de genitore satus,
Neptu-

SYLVA. LIB. I.

Neptuno uitreïs latè qui præsidet undis,
 Neptuno à summo qui Ioue prima tenet.

DORIS

Egregium uero q. sit Neptunia proles.
 Esto, sit altifremi filius ille Iouis,
 Quom tam deformis sit, agrestis, & hispidus,
 & quod
 Omnibus est unum turpius unoculus.
 An uero genus ad formam prodesse putabas?
 Hoc tibi deformis nomine pulcher erit.

GALATEA

Imò nec est deformis, & id quod dicis obesse,
 Hoc queat hoc formam nobilitare uiri.
 Quippe q. agrestis, q. & hispidus (hæc tua
 nam sunt
 Crimina, sic libitum est hæc uocitare tibi)
 Haud deformat eum, uerū mage Dori uirile est,
 Crede decet forteis hispida barba uiros.
 Porro oculus media nitidus qui fronte relucet,
 Et quem Phæbeæ lampadis instar habet,
 Ille etiam decet hunc, hoc cernit certius uno,
 Quam si uel duo, uel lumina mille forent.

IOANN. SECVND.

DORIS

Tu uero mihi iam Galatea uideris habere hunc
 Non tibi amatorem, uerum adamare magis:
 Vsq; adeò laudas, & quæ contraria formæ
 Iam formosa uti sint, atq; decora, iubes.

GALATEA

Haud equidem hunc adamo: tamen ista insignia
 uestra
 Scômata, & insulsos haud queo ferre saleis:
 Et plane inuidia huc mera uos stimulare uiderur
 Quòd uos non iridè ut me Polyphemus amat
 Quòdq; gregem nuper celsa dū pascit in Aethna
 Inter lanigeras conspiciendus oueis,
 Nosq; procul mixtim per littora picta uagāreis
 Cernit, ubi pedibus prominet Aethna suis:
 Vestrum non ullam uel solum aspexit: at ipsa
 Visa uiro cunētis pulchrior una fui.
 Meq; proinde suo dignatus lumine solam est,
 Lumine sidereas exsuperante faceis.
 Hæc ea sunt; hæc sunt, quæ pectora uestra reo
 mordent:
 Hinc illi risus, illepidiq; iocri:
 Nāq; hæc cūcta docent me uos præcellere formæ,
 Meq; magis dignam quā Polyphemus amet.
 Doris

SYLVA. LIB.

DORIS

Scilicet, inuideam q̄ tu formosa uideris
 Lusco: & pastori q̄ Galatea places?
 Quenq̄ aliud, quaeso, potuit quidnam ille pro-
 bare

Præter candorem, lactea diua, tuum:
 Ille placet, q̄ lac cibus est & caseus illi:
 Quod simile his, pulchrū protinus iste putat,
 Tu nero cupis ipsa tuam si noscere formam,
 Nec tibi iudicio stulta placere malo,
 Pendenti è scopulo, si quando silentibus Austris
 Pellucens placidis unda iacebit aquis,
 Temet contemplare, precor, dabit unda colorem
 Consimilem lacti, consimile nq̄, niui.
 Atqui nulla quidem facies candore probatur,
 Candida purpureis fit nisi tincta notis.

GALATEA

Atqui ego nacta tamen, quantumuis candida,
 qualem

Doris amatorem uellet habere sibi.
 Nullaq̄ de uobis quam uel miretur agaso est,
 Vel pastor, uel quam portitor ullus amet.
 Atq̄; alia ut taceam, cantat Polyphemus: in omni
 Et calami, & cytharæ, doctus & arte lyra.

IOANN. SECVND.

DORIS

Mitte hæc, Diua precor, cantantem audiuiimus,
in re

Pruriret nuper quum malesanus amans.
Verū, o, sãcta Venus, rursū in certamina Phœbū
Excire obstreperus Marsia uisus erat.
Quin ter credideram syluis audire rudentem
Vicinis asinum, ter Polyphemus erat.
Ipsiusq; lyræ corpus iurare uolebam
Ceruinum, nudis ossibus, esse caput.
Cornua nam exstabant cubiti de more recuruis
Quis putet heic hominē: quis putet esse lyrā?
Tum uero, inductis fidibus, speciosus amator,
Nec iungens sinui barbara monstra lyræ,
Nescio quid tandem durū & stridebit a greste,
Observant parteis dum lyra uoxq; suas:
Sic uti non fuerit de cunctis ulla deabus,
Quæ posset risus aut cohibere iocos.
Quid, q; & ipsa quidem non est dignata boanti
Respondere Echo, garrula nympa licet:
Credo, Deam puduit si forte audita fuisset
Reddere stridentis ridiculosq; sonos.
Quin ulnis ursæ catulum formosus amator
Gestabat, lusus, deliciasq; suas.
Hirtus erat totus, quo, credo, gratior illi,
Quod similis setis, & feritate fuit.

Quæ

SYLVA. LIB.

Quæ tibi non istum talem, Galathea, maritum
Inuideat: quæ hunc non velit esse suum:

GALATEA

Ergo, tuum nobis sit qui formosior, eia,
Monstra; et qui melius uoce lyraq; canat,

DORIS

Nullum habeo, fateor, nec eo me nomine iactō,
Ac si sim multis sollicitata uiris.
At uerò talem, qualis Polyphemus, amantem,
Totus qui saniem, totus ut hircus, olet,
Quiq; infelices funesta ad littora pulsos
Deorat, hunc habeas, hunc adamesq; tibi.
Talia sunt, nymphas retulit quæ fama marinas
Multa per alternas dicta dedisse uiceis.
Quid iam, quid cœcū nō posse putemus Amorē?
Te quoq; formosum si Polypheme facit:

POLY-

POLY

PHEMI ET NEPTUNI

Dialogus.

Partim ex Homero, partim
ex Luciano de-
sumptus.

ORbatus charo Polyphemus lumine quōdā
Dū cū ta in tenebras sentit abisse nigras,
Littus, oueis, sese, mōtem, mare, deniq; flammās,
Ipsaq; luciflui plaustra corusca Dei,
Flebilis obscura titubans errabat in Aethna,
Incusans homines, sidera, fava, deos.
Annosam tandem pinum tellure reuellit,
Ad mare uicinum qua duce tentat iter.
Iamq; propinquat, & id madido pede deniq; sentit
Mox oculū liquidis sanguine purgat aquis.
Murmura Neptunus quom forte ī fluctibus imis
Audijt, & moro protulit amne caput.
At uero Natum extincto dum lumine cernit,
Exclamans Genitor littora dira petit:

Pro

SYLVA. LIB. 401

Protinus agnoscens Polyphemus uoce parentem
Sic sua cum gemitu tristia fata refert.

POLYPHEMVS

O, mihi ne quicq̃ Pater, o, mihi sæpe uocate,
Hospite ab infando quæ modo damna tuli?
Qui mihi fallacis propinans munera Bacchi,
Præripuit sensus, præripuitq; pedes:
Donec in obscuris posita ceruice cauernis
Prostratus, somno languida membra dedi,
Hic me crudelis uina inter iniqua sepultum
Furtim adit, atq; oculũ, heu, uecte mihi tere-
(brat.

NEPTVNVS

Quis uero, taleis potuit qui sumere pœnas?
Quisue ausus tantũ est, heu, Polypheme ne-
(fas.

POLYPHE.

Esse sibi nomen, Nemo, mihi dicere primum:
Ast ubi cæruleas naue secabat aquas,
Iamq; procul nostris fertur securus ab oris,
Et nullos arcus, spicula nulla timet:
Tum demum insultans, ter se iactauit Vlysses,
Et dedit hæc nostris ultima dicta malis:
Siccine debueras socios, o, perfide Cyclops,
Dentibus imbellis dilacera sse uiri:

Si neq;

IOAN SECVND.

Si neq; nos, neq; mortaleis scelerate timebas,
 Debebas superos at metuisse deos,
 Debebas metuisse Iouem, qui cuncta uidebat,
 Præsens hospitibus qui fauet usq; suis.
 Ergo tibi fluidi putrescet luminis orbis,
 Et fiet coruis forsitan esca nigris
 Sic meruit luisse Ioue n Neptune, nunc i,
 Crede tuum quidq; præ Ioue posse patrem.
 Talia dum iactat magno temerarius ausu,
 Improperatq; eadem non semel ille mihi,
 Ira subit mentem, partemq; cacuminis alti
 Auello, extremis ultima tela malis:
 Et quom te genitor supplex in uota uocassem,
 Ut regeres uentis pondera missa tuis,
 Ad sonitum uocis corpusq; & brachia torquens,
 Mandauit rapidis facea tela Notis:
 Arrectusq; diu stabam, post tempora longa
 Quom dedit ingentem gleba relapsa sonum:
 Et quantum audire è trepidorum uoce licebat
 Nauem sub tumidas pondus agebat aquas.

NEPTV.

Iam scio quem dicas: nimirum Ithacesus ille est,
 Qui modo ab Iliaca nauigat urbe domum.
 Sed quinam potuit, quinã hoc est ausus Ulysses?
 Iam pridem timidum quẽ mihi fama refert:
 Poly-

SYLVA. LIB.

POLYPHE.

Iam saturis ouibus, uiridantia prata relinquēs,

Ducebam niueum post mea terga gregem,

More meoq; ibam nota, eheu, pronus in antra,

Conscia tam miseri non prius antra mali:

Quom subito apparet multorum turba uirorum,

Quid: nisi diuitijs insidiata meis?

Heic ego mox aditum, ne quisq; euadere posset,

Claudebam, tacita gaudia mente fouens:

Namq; mihi taleis olim seruatur in usus

Maxima, non ullis petra mouenda uiris.

Inde arnum flammis duram crepitantibus uro.

Aethna reuertenti quam mihi forte dabat.

Tum uero metuens, tentati & conscia furti

Visa sibi est latebras quærere turba nocens.

Corripui quosdam: nam quid ni: nempe latro-

nes,

Et data sunt stomacho corpora pauca meo:

Quiq; sibi nostras prædam Neptune futuras

Crediderant pecudes, præda fuere mihi.

Proinus hic, seu nemo fuit, seu dirus Vlysses,

Cœpit uersutos mente agitare dolos:

Et mihi, nigrantis falsa sub imagine uini

Nescio quæ misero pharmaca mixta dedit:

Pharmaca grata quidē, fragrantia, dulcicia, uerū

O, pater, insidijs pharmaca plena malis.

Vix

IOAN. SECVND.

Vix summo tetigi labro, & iam cuncta rotabāt;
 Inaęq; pars antri uisa suprema fuit.
 Quid multis: solita spoliatum mente iacebat
 Corpūs, & exanimis iam mihi uisus eram:
 Quom uolucer stygijs allapsus somnus ab undis
 Percussit ramo tempus utrumq; suo.
 Non procul à mulctra uiridis mihi forte iacebat
 Nuper in exitium claua resecta meum.
 Hanc illi incidunt, minima sibi parte retenta,
 Atq; acuunt magna sedulitate simul:
 Mox etiam uectem flammæ inuoluere relictæ,
 Et penitus nobis ignea tela parant.
 Sic illi ignitum multo molimine fustem
 Intorquent oculo terq; quaterq; meo:
 Donec inaudito ligni stridore præusti
 Excitūs, manibus tela reuello meis.
 Sic tibi, chare Parens, nimirum tempore ab illo
 Lumine priuatum iam Polyphemon habes.

NEPTVNVS

O, q̄ Lethæus penitus tua pectora somnus
 Presserat: ut taleis dum struit ille dolos;
 Dum uectem magno molimine circumuoluit,
 Dumq; in summo oculi cortice totus erat,

Non

SYLVA. LIB.

Non uel cum summo fueris turbatus ab alto:
 Iam tulerat ceptis præmia digna suis.
 Quam non uideo quo pacto eua/crit antrum
 Impius, et denteis mi Polypheme tuos.
 Haud etenim immanē petrā ille remouit, opinor,
 Quam memini uireis exsuperare meas.

POLYPHEMVS

Ipse ego, seu demens, seu sic mea fata uolebant,
 Amoui iratis pondera uasta Deis.
 Sic ratus, ut, nostris cupiens exire cauernis,
 Incideret digitis obuia præda meis.
 Ergo, foreis iuxta, manibus uenabar apertis,
 Sed non aspiciens Delia magna tuis.
 Interea pecudes nullo pastore uagameis
 Carpere per ualleis pabula grata sino:
 Sic, heu, sic dicens, aries mea prima uoluptas.
 Tu subeas Domini munia nota tui.

NEPTVNVS

Mirum mi pecoris latitans sub uellere densō
 Illusit cæco turba dolosa uiro.
 At tu debueras fidos uocitasse sodaleis,
 Quos alios centum, littora curua tenent.

IOAN. SECVND.
POLYPHE.

Id feci, & notis subito clamoribus acta
Venit in auxilium turba parata meum.
At postq̄ insidias quisnam struxisset iniquas,
Et cuperent tanti nomina nosse iuri,
Atq; ego dixissem, Nemo mihi talia struxit,
Nemo fuit, Nemo qui mala tanta dedit.
Correptum insolito miserum rata turba furore
Illusit nostris insuper ipsa malis:
Atq; abiit, fratremq; suum male liquit inultum:
Nomine sic lusit me, Pater, ille suo.
Et, male præcūctis quod adhuc præcordia mor
Ut tenuit medias iā sceleratus aquas, (det,
Multa mihi improperās, illud post cœtera dixit
Nonte sanabit uel pater ipse tuus.

NEPTV.

Forti animo fac Nate feras: ego lumen ademptū
Quamuis non possum restituisse tibi,
Vel seruare tamen pelago uel perdere nanteis
Arbitrium faxo me penes esse sciat.
Sic questum quondam Natum festiua uetustas
Tradidit, & contra sic retulisse patrem.
Qui talis, qui tantus erat, qui meruit in aluum
Efferus omni genum milia multa hominum
Qui

SYLVA. LIB.

Qui natus Neptune tuus, qui deniq; centum
 Fratibus indomitis sæuior unus erat,
 Non potuit superare dolos unius Vlyssis:
 Non potuit uireis uincere Bacche tuas,

EPITHA
 LAMIVM

Hora suauicula, & uoluptuosa;
 Hora blanditijs, lepore, risu,
 Hora delicijs, iocis, susurris,
 Hora suauiolis, pariq; magnis
 Cum dijs & Ioue transigenda sorte;
 Hora qua poterat beatiorem
 Nec Gnydi dea sancta polliceri,
 Nec qui cum pharetra pererrat orbem;
 Curis gaudia delicata miscens,
 Penna splendidus aurea Cupido,
 Magni pronuba nec Soror Tonantis,
 Nec qui floridulas Hymen puellas

R Raptas

IOAN. SECVND.

Raptas è gremio tenace matrum
 Inuoluit cupidis uiri lacertis
 Rupis incola floriger canora,
 Aduecta est, serie rotante cæli.
 O, felix iuuenis. puella felix.

Felix sponse, cui cupita flamma
 Iam nunc in geminis quiescet ulnis,
 Puella ætheria beata forma,
 Qualem magna Venus, uel itq; Iuno,
 Et quæ casside Martia resulget
 Sancto uertice procreata Pallas,
 Si iunctæ statuam adire ualleis
 Umbrosas iterum uirentis Idæ,
 Qua spectanda uel hæc, uel hæc, uel illa,
 Quouis iudicio superba malum
 Victrix aureolum repperet astris.
 O, felix iuuenis. puella felix

Felix sponsa, cui cupitus ardor
 Affusus modò lectulo in beato,
 Stringet colla tenacibus lacertis,
 Insigni iuuenis uenustus ore:
 Istis qui roseis tuis labellis,
 Istis qui nucis tuis papillis,
 Isto qui rutilante crine tactus,
 Isto lunine qui loquace uictus,
 Iam pridem tacito uoratur igni,

SYLVA. LIB.

Lentumq; increpat usq; & usq; solem,
 Tardamq; inuocat usq; & usq; Lunam.
 O, felix iuuenis. puella felix.

Votis feruide sponse parce uotis;
 Et suspiria mitte, mitte questus,
 Tempus accelerat suaue: mitis
 Exaudit gemitus Venus suorū:
 Condit Cynthia ora, condit ora,
 Seq; gurgite perluens Ibero
 Cedit noctiuagæ locum Sorori.
 Et quo gratior haud relucet ignis
 Coniunctis animis amore dulci,
 Præducit caput, emicatq; cælo
 Ductor Hesperus aureæ cateruæ.
 O, felix iuuenis. puella felix.

Iam Virgo thalamum subibit, undæ
 Ne uirgo redeat marite cura.
 Iam uirgo niueis locata fulcris
 Aduentum cupiet tuū, tremetq;
 Perfusa ingenuo rubore malas:
 Forsan & lachrymis genæ mædebunt;
 Et suspiria fundet, & querelas.
 At tu nil remoratus, & querelas,
 Et suspiria, lachrymasq; tolles,
 Abstergens oculos tuo ore, dulce
 Murmur pro querimonijs reponens.

IOAN. SECVND.

O, felix iuuenis, puella felix.

Ergo membra ubi uirginis decoræ
 Felix candida lectulus fouebit,
 Membra languidulo parata somno,
 Et molli quoq; te toro locatum,
 Supra purpureos beata reges
 Supra constituet Iouem Dione,
 Mox te blandidicis parare rixis,
 Mox te molliculæ parare pugnae,
 Motus occipies calore iusto:
 Belli prospera signa non crueni
 Figens mille proteruus hic & illic,
 Collo basia multa, multa malis,
 Labris basia plura, plura ocellis:
 Repugnabit, & improbum uocabit,
 Et dicet satis est, tremente uoce,
 Arcebitq; manu proterua labra,
 Propelletq; manu manum proteruam.
 O, noctem ter, & amplius beatam.

Pugnet strenua, pugnet illa, pasci
 Pugnando teneri uolunt Amores.
 Pugnando tibi duplicatus ardor
 Vireis sufficiet nouas in arma.
 Tunc per candida colla, tunc per illud
 Quod certat ebori nitore pectus,
 Tunc per crura tenella, perq; uentrem,

SYLVA. LIB. 33. MAOI

Et quæ proxima sunt & huic & illis,
 Saltu uolue agili manum salacem:
 Et tot millia iunge bastorum,
 Quot cœlum rutilos tenebit igneis,
 O, noctem quater & quater beatam.
 Nec desint tibi blandulæq; uoces,
 Et quæcunq; iuuant perita uerba,
 Nec cum murmure sibili suaves,
 Qualeis dant Zephyro sonante blandum
 Frondeis, quale columba, quale cygnus
 Annosus moriente spirat ore:
 Donec uicta potentibus sagittis,
 Et cæco Pueri uolantis igne,
 Paulatim minus & minus seuera,
 Ponet purpureum toro pudorem,
 Collum in brachia nexuosa dedens,
 Collo brachia nexuosa stringens.
 O, noctem quater, o, quater beatam.
 Tunc tunc oscula delicata sumes,
 Nullis concemerata quæ rapinis
 Hærebunt uario morata nexu.
 Tunc lusus simileis, pareisq; uirgo
 Reddet delicias, & os hiulcum
 Lampri dem patulo licenter ori
 Committens, animæ libidinoso
 Fragrantis cupidum beabit haustu.

IOAN. SECVND. 173

Mox lusu quoq; molliore ludens,
 Dicet blanditias suauiores,
 Emittet digitos licentiores,
 Finget nequitiam salaciorum.
 O, noctem nimis & nimis beatam.

Tunc arma expedienda, tunc ad arma
 Et uenus uocat, & uocat Cupido:
 Tunc in uulnera grata proruumdum,
 Huc, illuc agilis feratur hasta,
 Quam crebro furibunda uerset ictu
 Non Martis soror, ast amica Martis
 Semper lata nouo cruore Cypris.
 Nec quies lateri laborioso
 Detur, mobilibus nec ulla coxis:
 Donec deficiente uoce anhela,
 Donec deficientibus medullis,
 Membris languidulis, madens uterq;
 Sudabit uarij liquoris undas.
 O, noctem nimis, o, nimis, beatam.

Sudate ut libet, & diesq; longas,
 Nocteisq; exigite impotente lusu:
 Et breui date liberosq; dulcis,
 Et longo ordine blandulos nepotes,
 Quæ uobis senij minuta turba
 Olim sollicitos leuabit annos,
 At cebit que uilos toro dolores,

SILVA. LIB. VI. C. I.

Languentem tremulos fouebit artus,
Componet tumulo pios parentes.
O, felix iuuenis, puella felix.

EXPO

STVLATIO

Cum Neptuno, In diluuiio
quod contigit Anno
M. D. XXX.

Salsipotens magni frater Neptune Tonantis,
Vndiuagos late campos, & liuida regna
Qui data sorte tenes, uireæ dominator in aula,
Quid tantū Pater alme paras: an secula Pyrrhæ,
Deucalionæas iterū exspectabimus undas: &
Et querendus erit uacua nouus incola terræ:
Proh scelus, obruitur tumido Zelandia ponto,
Amplaq; fertilibus spoliatur Flandria terris,
Hollandosq; premunt nibilo leuiora colonos.
Aggeribus spes nulla manet, prostermitur undis
Diues opum tellus malefidis credita glebis.

R 4

Tecta,

IOAN. SECVND.

Teeta, domus, & mixta suis armenta colonis,
 Cumq; pecus pastore fluit, cum pignore mater,
 Atq; aliquis quē sors fugientem exemit aqua ut
 Seruatum truculenta Fami, uel ab arbore celsa
 Monte uel aërio spectat seu coniugis ora
 Pallida, seu natos, seu si quid charius illis,
 Sub pedibus fluitare suis, moriturq; uidendo,
 Iamq; stat æqua mari tellus discrimine nullo,
 Apparentq; uago turres in gurgite passim,
 Quas uelut ignotas formidet nauita cauteis,
 Quasq; colat pisces, Veneris procul alite pulsa,
 Et quæ quadrupedemq; equitem, celeremq; per
 æuum

Sunt loca passa rotam fluitantibus inuia nauis,
 Ferre ratem discunt, & uela patentia uentis:
 Quâq; stetit crescens nuper felicibus aruis
 Ardua nunc illac loca per natalia quercus
 It, uolucrisq; secat, non sic sibi cognita, cursu.
 Sic ne pater Neptune decet: sic ne ira Deo-
 rum

Sollicitat quoq; sæua animos: quæ causa furo-
 ris?

Fare, quid innocuam potuisti mergere gentem?
 Annē tuos toties mortaleis uisere fineis
 Non pateris: spolioq; maris ditescere uastis
 Inq; tibi cessum fatali sorte Tridantem

Pridem



SYLVA. LIB.

Pridem terreſtreis uis uſurpare Tyrannos?
 At poteras pelago merita nece perdere nanteis,
 Mortaleisq; ſemel regno prohibere liquenti.
 Quid miſeri metuere uiri qui uomere terras,
 Exercent patrias, infames crimine nullo:
 Imperio ut uiolente tuo furibundus aquai
 Impetus incautos uita ſpoliaret, & agris:
 Aut ſpoliaret agris, uitamq; relinqueret agram
 Per lachrymas & per ſuſpiria tra ducendam:
 Quos mihi nunc uideor nequicq; multa querentis

Cernere, & heu, ſurdo iactanteis talia ponto:
 O, nimum felicem illum, quicumq; colonus
 Cum pecore, atq; caſa, duriq; laboribus æui
 Piſcibus eſca natat, liquido bene funere merſus:
 Longa nec annos æ timet infortunia uitæ.
 Nos patrijs exuti opibus, rerum omnium egeni,
 Ignota exilia, & longinquas quærere ſedeis,
 Veſanamq; famem cogemur ferre. ſed an ne
 Omnibus ereptis, diræ uiolentia ſortis
 Eripuit quoq; poſſe mori: moriamur: & ultro
 Præcipites animas pelago iactemus auaro.
 O, uarios hominum caſus, o, cæca futuri
 Pectora quos modo florenteis, opibusq; ſuperbos
 Viderat exorients, proſtratos uidit Apollo
 Oceano tincturus equos. nunc ite ſecundis

IOAN. SECVND.

Fidite mortales rebus, sortiq; totan*i*.
Non potuit quisq; de tot, quos munere paut
Vasta suo Tellus, unq; prece, thure, uel auro
Sic sibi deuinctos animos habuisse deorum,
Vt sibi uenturam promittere qui uerit horam.

 IN VI 
CISITVDINEM
RERVM IN-
stabilemq; For-
tunam.

OMnibus horis
Nemo beatus
Lubrica fors est,
Nescia certa
Sede morari.
Quom stat in imo
Tendit in altum,
Quom stat in alto
Tendit ad imum.
Phæbe remotas

Pronus

SYLVA. LIB.

P:onus in undas
 Sidis, & idem
 Tramite sueto
 Aurea notum
 Plaustra retorques
 Grat is ad ortum.
 Per te ubi lætis
 Candida terris
 Reddita lux est.
 Proxima furuis
 Torua tenebris
 Nox manet ægrum
 Scilicet orbem.
 Quæ simul atq;
 Ingruit, uno
 Cuncta colore
 Turbida miscens,
 Aëra, sylvas,
 Flumina, ripas,
 Prædia, colleis,
 Iam meditatur
 Ferre soporis
 Lumina terris,
 Vecta coruscis
 Nuncia Phœbi Au-
 rora quadrigis.

Bruma

IOAN. SECVND.

Bruma ubi nigris
 Horrida uentis,
 Abstulit omneis
 Vndiq; flores,
 Abstulit agris
 Gramina caluis,
 Misit iniquas
 Dira pruinas,
 Reddidit altis
 Montibus æquas
 Grandine ualleis,
 Et glaciale
 Marmore texit
 Frigida pontum,
 Dulce redit Ver,
 Et redit æstas
 Tineta uirentis
 Rore capillos,
 Cineta caducis
 Tempora spicis;
 Restituitq;
 Flamme molli
 Gramina campis,
 Et spoliatis
 Reddere gaudet
 Tegmina syluis.

SILVA: LIB.

Sedula pictos
Ornat apricis
Floribus hortos:
Scilicet ut sit
Quod fera rursus
Perdere possit
Bruma reuertens,
Quom Zephyri flant,
Quomq; sereno
Turbida mouit
Nubila cælo
Clarus Apollo:
Iam Boreas, iam
Iamq; proteruus
Auster, Orionq;
Imminet udus.
Perpetuum nil.
Cuncta recurrunt
Ordine certo.
Gaudia luctus
Occupat amens:
Seq; superbis
Funera miscent
Sæua triumphis;

ORPHE-

ORPHEÛS

VS ECLOGA.

cuatū;
ORphea Threijciū Lycidas, patrē Orphea
Amiffa uiduū bis coniuge, ſola per antra
Mcerentem, uocesq; trahentem pectore ab imo
Feruleis, & fracta graui nemo: a auia queſtu
Infelix cecinit deſertis Paſtor ab antris,
Formoſi pecoris, lanæq; oblitus, & herbæ
Surgentis uario per mollia prata colore,
Et canis, & mulctræ, ſed non oblitus amorum
Quos illi, placidis aſſueto ſemper in agris
Nympharum cupidis amplexibus indulgere,
Mouerat, heu, glaucisq; oculis ſtauoq; capillos
Aſtuq; faſtuq; ualens urbana Neæra,
Intactam Veneris præcellens alba columbanis
Et canum Veneris florem, gelidæq; Pyrenes
Vicinas candore niueis & frigore uincens,
Et cannis Pueri & magno malè digna furore.
Illum deſerti montes, & frigida ſaxa,
Montibus & qui deſertis, gelidisq; feroces
In ſaxis ſtabulant urſi gemuère gementem;
Getulæq; procul ſuſpirauère Leanæ,
Notaq; nutarunt inoſcæ ad carmina quercus;
Annoſæ quercus, & lactiferæ Cupreſſi

Lugens;

SYLVA. LIB.

Lugentem circumstabant, a st optima Mater
 Ad tristes excita nodos, stupuitq; sonantem
 Calliope, dixitq; meus num forsitan istis
 Natus inest syluis: & bis remeare sub auras
 Eualuit: Ditemq; nouo modulamine uicit:
 Tergeminiq; canis compescuit ora canendo
 En iterum: nec plura, ruens petit oscula falsi
 Infelix Nati: mox spe deiecta, suaue
 Erubuit: tamen & Puero se iunxit, & una
 Diuinam cytharam digitis tentauit eburnis,
 Mœstaq; suffecit lachrymas, & uerba canenti:
 Ergo, quom fugeres Iuuenē, castissima Cōiux
 Vesanium, uirusq; inuito afflaret ab ore
 Tabificus serpens, non sufficiebat ad Orcum
 Ire semel: uitamq; tuis exsoluere fatis
 Innocuā: aut lachrymas impedi in funere parcas
 Chara tuo: nisi te, nisi te, charissima Coniux,
 Ipse retorquerem sub iniqui iura Tyrannis
 Lethiferis demens oculis luctumq; pararem
 Ipse alium sine fine mihi: me mitior anguis
 Ille fuit, diri tantum malus ultor amoris
 Ereptam sceleri te reddidit ille marito,
 Ipse ego te mihi te rapui, tu flebilis inter
 Excidis amplexus: damnosaq; lumina longe
 Rapta fugis, quo dulcis abis: iam te negat ipse
 Post, tor illachrymās iterū transmittere cymba:
Rex

IOAN. SECVND.

Rex Erebi dolet ipse, dolet Regina profundū
 Commiserans, legesq; infracti coniugis odit:
 Quæq; meo primum concussæ pectora cantu,
 Ardenteis oculos tenui sparsere liquore
 Eumenidum guttis maioribus ora grauantur.
 Tu uero neq; me damnas, neq; fata remordēt
 Te tua, nec uelles nisi sic aspecta reuerti:
 Tota sed in curas uiduati Coniugis acreis
 Intendis luctus. me me in suspiria, me me
 In lachrymas decet ire, animamq; efflare no-
 centem:

Te nemus Elysiū foueat, tibi mollior aura
 Consumat lachrymas te nullo uulnere tardam
 Ad choreas Nymphæ uocitent, ducantq; uagan-
 tem

Securo per prata pede: qua nullus in herba
 Anguis odorata liuenti sibilat ore.

Nos uitam in tenebris ægram luctuq; tra-
 hamus,

Quā non ulla pedes humanos semita ducat.
 Ad glaciale Hæbrū, deserti in rupibus Hæmi,
 Mecum undæ, mecum antra gemant, mea ple-
 ctra sequutæ

Orniq; piceæq; fleant, & largius aureas
 Infami lachrymas diffundat ab arbore Myrrha
 Phœbe pater, si nō falsos mihi narrat amores
 Callio.

SYLVA. LIB.

Calliope, sume hanc cytharam: mihi tensa re-
missæ

Deficiunt ad fila manus: tu pollice luctum

Elice de fidibus, qualem Peneïa Daphne

Cortice tectâ nouo, trunco exaudiuit ab imo,

Damnauitq; suos nutanti uertice fastus,

Qualem, labenti superingeminans Cyparisso,

Pro Pueri ramis lugubribus inclinatus,

Oscula fixisti ligno suprema dolenti:

Qualem effundebas funesti in crimina Disci,

Optima quom tellus, generoso foeta cruore,

Ad tua purpureum submisit basia florem,

Dilectum florem, pro dilecto Hyacyntho.

Euridice, miseri Euridice misera uxor a-
mantis,

Cur me, tentantem Stygiæ uada uasta paludis,

Non niger absorpsit uiolento uortice fluctus!

Cur me tam mites spectastis Erynnies? &
tu

Formidatarum Custos ignaue uiarum,

Deposita triplicis ieluna gutturis ira,

Ad mea ludebas blanda uestigia cauda:

Vestrum erat hoc raptare caput, membrisq; re-
uulsis

Per Phlegethonæas audacem spargere flam-
mas

IOAN. SECVND.

Artificem: eluctatus in aëra spiritus isset,
 Cumq; umbra tenuis se confudisset amata
 Euridices, tutoq; suos uidisset amores.

Heu, quis me cytharæ tam blandum fila mo-
 uere?

Quis deus edocuit tam molli carmine Ditem
 Demulcere trucem: serpenticomasq; Sorores
 Ad lacrymas urgere nouas: tunc stridere rau-
 cum

Debebant, domino non agnoscenda canoro
 Stamina, & in medio uox intercepta palato
 Succidere, heu, grauis arte mea mihi luctus in-
 undat.

Mitis eras igitur Pluto, ut crudelior esses
 Fallacemq; meo uelares crimine culpam:
 At nonte, Siculo nuper de littore curru
 Præpete quom fugeres, in dulcem uertere prædã
 Sollicitos oculos uetuisset conscia Mater.
 Hei, duras fati leges, semperq; caducas
 Spes hominum pugnante Deo, qui corda fero-
 rum,

Qui domui silices, proprios compescere motus
 Non ualui, occultumq; Deæ Cytherei dos ignem.

Ergo pro chara suspiria anhela maritas,
 Pallorem exanguem, maciẽ, horroremq; tremẽtes
 Et Furias comites inferna ab sede reduxi:

Nec

SYLVA. LIB.

Nec potui curas Lethen sopire bibendo:
 Abde coloratos auro, Pater, abde iugaleis
 Fluctibus Herculeis, melius Nox apta dolori est
 Redde coloratos telluri, redde iugaleis,
 Ecce mihi lachrymæ noctem fecere, dolorq;
 Turgidaq; imbre diem prætexunt lumina densò.
 Sic tenerum in syluis mæret Philomela Ne-
 potem,

Sic Soror in tectis Natum deplorat hirundo,
 Sic gemit arenti iuiuatus ab arbore turtur,
 Sic nodum lachrymis satiata Memnonis umbræ
 Lutea perpetuo stillat Tithonia rore.
 Euridice, miseri Euridice misera uxor amantis,
 Me tecum, me debueras auferre sub umbras
 Præcipitem: uivam nobis mors illa dedisset:
 Ipsa Venus iunctos uallem duxisset in illam,
 Qua Ver perpetuis fecundat odoribus arua.
 Ipse Puer Veneris, flammam lampada quassas
 Discussisset Amor nebulas Acherontis opaci.
 Nunc noctem simul inuisa cum luce dedisti.
 Inuide Dux Erebi, moriat cæmen, en mihi laxis
 Genua labant neruis: exanguis serpit in artus
 Pallor: & haud multum, memini, distamus ab
 umbris,

Mæsta per ignauam quas uoluit cymba paludè,
 Squallida peioris nanteis confinia ripæ.

IOAN. SECVND.

Euridice, misera Euridice, misera uxor a-
mantis,

Bis moriens tecum Euridice bis per styga traxisti
Hanc animam, tecumq; manet pars maxima no-
stri:

Corpus inane traho tenui uix mobile uento:
Qualem Thessalicis immisto carmine succis
Inspirant animam per frigida membra caducam
Monstrifici uates: aut qualia luce carentum
Instabili simulachra unum discurrere motu,
Et tenuis miscere sonos, & inania uocum
Murmura, solliciti per somnia uana uidemus.

Euridice, miseri Euridice misera uxor a-
mantis,

Euridice, quo me fletu tua fata piare,
Quouē iubes gemitu? quid me tolerare cruen-
tum?

Aspice cum scisso laniatas pectore uesteis,
Aspice cum tepido lachrymas certare cruore.
En tibi, damnamus tenebris hæc lumina cæcis
Aeternunq; Patris iubar interdiciamus illis,
Furpureum iubar, & sub nocte natantia nigra
Cogimus admissi lenta intorpescere pœna.
En tibi, quod nimio furiatum pectus amore
Intempestiuo rupit mea gaudia uoto,
Icen, in eo nunq; posthac ardore calebit.

Nulle

SYLVA. LIB.

Nulla tuum pellex premet importuna cubile
 Euridice, nec prima uos auerter amores
 Mollibus illecebris Ciconum niras ulla meorum.
 Plura quidem dicturus erat: uicina canenti
 Calliope uetuit: Lycida inq; amplexa repressit.

EPISTOLA

LA LUDICRA, VELVT HEN-

rici Octauii Angliæ Regis nomine conscri-
 pta, quæ respondetur illi, quæ Regi-
 næ Catharinæ nomine edita cir-
 cum ferebatur: cuius erat
 initium.

Hoc etiam titulis. &c.

Sensimus, heu, gemitus, & flebile carmen, &
 iram

Qualem cæruleus non, puto, pontus habet.

Hei mihi fœmineo quæ sunt satis arma dolori:

Nunc ego cum magno Cæsare bella precor.

S

S

Cingi-

IOANN. SECVND.

Cingite tela caput deuorum, cingite flammæ,
 Et caua fauce globos æra tonante uomantæ
 Densior externo ruat in me miles ab orbe
 Laome donteas q̄ lacerauit opes.
 Mille ter hostiles impellant linrea uenti,
 Et mihi perniciem irabs numerosa uehat.
 Omnia steminea me lædent mirius ira,
 Tristius hac Sicula nil habet aula Deæ.
 Heu, quæcunq; meo desedit pectore cura:
 Sux e fuit fatum, seu malesuadus Amor,
 Ut spreto thalamis quos tot mihi regna ferebãto
 Vincula maluerim perniciosæ sequi,
 Oscula decerpens fraternis debita labris;
 Hæc ueni titulis prima ruina meis.
 Dire Puer, facibus funestis acer & arcu,
 Et Dea frondosum quæ regis Idaliu,
 Quid me collubuit incestis urere flammis?
 Dexteræ cur alibi non fuit ista potens?
 Frigida deserto queritur Catharina cubili,
 Irrorans tepidis lumina fluminibus.
 Desine me lachrymis & te Regina necare:
 Mitte, nec in uanis spem tibi pone minis.
 Hunc cupis amplecti: cui tela minaris, et igneis?
 Huic tu blanditias, deliciasq; paras?
 Cuius in exitum tacitis non uocibus armas,
 Quæq; mihi tumidas gens iacet inter aquas?
Quæq;

SYLVA. LIB.

Quæq; iacet circum magno deuota Nepoti:

Quæq; procul nostra de regione manet:

Mirabar Matrem funestam cæde uirili:

Desino mirari, plus feritatis habes.

Istius est animi crudeleis uoluere motus

Qualibus est ætas uix uiolata prior.

Inmitteis oculos tenero faciare cruore,

Membraq; sparsa pio ferre epulanda patri.

Non ita uicino mihi duruit æquore pectus,

Nec taleis animos dant fera flabra mihi.

Non, tua contemnens, aliena cubilia sector,

Est aliud quod nos arcet ab ore tuo.

Excludunt olim complexibus exoptatis.

Germani cineres, tristis & umbra, mei.

Nox erat, & nigra uelauerat omnia ueste,

Hærebam nexis tecum ego brachiolis,

Membraq; languidulo reparabam fessa sopore,

Quom stetit ante oculos pallidus ille meos,

Iniciensq; manus, sunt hæc mea gaudia, dixit,

Gaudia fraterna non bene rapta manu.

Venit in ora color, qualem uix ille gerebat,

Crinis in attonita fronte supinus erat.

Da ueniam frater, dixi, iuuenilibus ausis,

Et tua iam posthac gaudia solus habe.

Sic te nulla premant onerosæ pondera terræ,

Quæq; frui uiuum non uoluere dei,

IOANN. SECVND.

Hanc olim sociam tibi dent in ualle beatâ,
 Tecum perpetuas ducat ibi choreas,
 Quâ nemus Eridani per odorum uoluitur undâs
 Umbraq; sit tædis æmula nulla tuis.
 Audijs, & tenueis in uentos cessit imago,
 Ex illo uetitus est torus iste mihi.
 Sunt aliquid maneis, & curant multa sepultri.
 Nunquid Achilleum flebilis ad tumulum
 Regia truncatum proiecit filia corpus,
 Fe. ret ut extincto gaudia pacta uiro.
 Non mihi Germani raperis ad alta sepulchra:
 O, liceat terris te iuperesse diu,
 Et tua felici decurrant stammina fuso,
 Dum mihi securus te sine somnus eat.

ECHO

ECHO

VIATOR

O Quæ Diua canos colis recessus,
Sylvarumq; regis domos opacas,
Tu quæ de reliquis deabus una
Quas frondesq; iuuant, iuuantq; fontes,
Audiris toties, uidere nunq;
Dic, quæ finis erit meo calori
Imas qui mihi deuorat medullas
Vt, formosa tuas uorauit olim
Superbo è Pueri decentis ore,
In flatum resoluta quum iaceres
Languens umbra, superstitemq; sola
Vitam uoce breuis teneret Aura.
Dic, nam forte libet meas querelas
Audire, & ueteres nouare curas.
Dic, oro, poterit quid impotenti
Seròs ponere limites amori?
ECHO. mori. VIAT. Dij meliora, sic ne
nobis

Ad canos igitur dies manebunt,
Et canos quoq; non dies relinquent
Singultus, lachrymæ, graue sq; uoces:
Aut mox abijcienda prima uita e st

§

§

Echo

IOAN. SECVND.

ECHO. ita est. VIAT. At licet ire perq; gen
teis,

Perq; undas, ubi nulla me sequatur
Sublati ex oculis Amoris ala.

Non illic Domine procul relictæ
Mentem sidereæ faces perurent.

ECH. Vrent. VIAT. non roseum os, genæq;
tangunt.

ECH. Angent. VIATOR. sed dolor hic le-
uis, brevisq;

Fomento citò destitutus omni
Sese conficiet, negante uel te.

ECHO. ante uel te. VI. adeo ne amarum ama-
re est.

ECH. mare est. VIA. hei mihi, quicquid est
malorum

Admittit medicas, amatq; curas,

Nulla solus amor leuatur arte,

Non cantu perit, aut perit uenenis,

Spernit consilium fidele, spernit

Quicquid mens bene suada prodit. ECHO.
odit.

VIAT. o, ne ne mihi talium dolorum

Sensus ter misero supersit ullus,

Quàm malle media stupere sylua,

Dura cortice membra, rectus orni,

SYLVA. LIB.

Quâ Caurus mihi, quâ proteruus Auster
Nequidq̄, Boreasq; spiritosus
Hinc illinc quatiantq; uellicentq;
Amoto querulas dolore frondeis:
Aut tecum in liquidas abire uoces:
Per syluasq; uolare, perq; ualleis.
Saltem læta sonare tunc subinde
Possem, quom facili fruens amore
Felices caneret uiator igneis,
Nec semper graue diceremus heu.
ECHO. heu.

DISTY-



♣ DISTY - ♣

CHA QVAEDAM IN

Eandem ferè

sentètiã.

Quid concussa sonant tremulis arbuta sã
surris?
Quod spaciũ n̄ picta tam breue frondis hæ-
bent.

Aspirãt Zephyri murmur lachrymabile syluis
Vt plorent uiridis tempora fluxa comã.

Quid lachrymosa gemit concussis frondibus ar-
Tempora frondosi pauca capillitij. chor:

Conqueritur patulã periturum frondis honorẽ
Garrula collisis sylua cacuminibus.

Triste susurrantes arguto murmure sylue,
Arjuras celeri sole queruntur opes.

Argute

SYLVA. LIB.

Arguto madidæ turbantur flamine sylvæ,
Tam cito cufuras dum lachrymantur opes.

Vt cito lapsuras frondeis nemora alta querantur,
Dant mœsta argutis murmura de folijs.

Tam cito se picti spoliandam ueris honore
Sylua gemit, querulo flamine mota comant.

Tempora fluxa sui suspirat sylua uiroris,
Mota susurranti febilis à Zephyro.

HAEC AD AVTVMNVN
pertainent.

TAm cito languentis queritur flauescere
frondeis
Sylua gemescenceis turbine mota comas.

Imbre madens, uentoq; sonans, sub sidere tristi
Sylua gemit, raptas & lachrymatur opes.
Disty-

IOAN. SECVND:
DISTYCHA IN
ortum diei.

Iam tenebræ Hesperias nigrae conduntur in
oras,
Flauet ab Eoa parte reuecta dies.

Cogitur Hesperias cœli nox omnis in oras,
Surgit ab Eoo limine flaua dies.

Clara dies aderat fugiunt tenebræq; soporq;
Et pauor & dubio somnia uana gradu.

REGI-



❧ REGI- ❧
NAE PECVNIAE
Regia.

Est uia perplexis per longa meatibus antra,
Regia gematis quae panditur aurea ualuis
Ingentis Diuae, paribus quae cum Ioue summo
Obtinet auspicijs secti moderamina mundi.
Si qua fides rebus dubijs, iacet orbe sub illo,
Quae Tagus auriferas uoluit rubicundis arenas,
Nidorem, fumosque, exhalans diuitis aulae
In terras Auguste tuas, ditissime regum
Carole, Telluri pacatae sidus amicum,
Inque urbem iractusque tuos, amplissime Prae-
sul

Tauera, O, decus Hesperiae, cui cuncta recuruis
Mcenia gurgitibus ripisque, nitentibus auro
Submisit uenerans nuper sublime Toletum:
Diuinumque, Senem praefecit ditibus aris:
Maxima quem Dominum suspirat Roma, Te
goque;

Iam pridem Tybris liuentibus inuidet uadis.
Non illuc Phœbus flammis rutilantibus intrat,
Nec cum prima uehit sopito lumina mundo,
Nec cum deuexo premit arua liquentia curru
Tethyos undisonae, nec cum flagrantibus horis
Aethere

IOAN. SECVND.

Aethere stat medio. quid enim fulgentia late
 Perpetuis auri radijs & Iaspide fuluo
 Atria, natiuasq; facies iaculante Pyropo
 Cynhiius immisso nequicq; lumine lustret.
 Regina in medijs magnæ penetralibus Aula,
 Aurea tota, sedet solio sublimis in aureo,
 Diffundens radiantem omni de corpore flam-
 mam:

Qualis erit species, solido si cudad ab auro
 Intonsi statuam Phœbi Vulcanus, & ora
 Flammigeris cingat radijs, & in igne repostæ
 Educat subito candentis pondera massæ.
 Hæc est illa cui famulatur maximus orbis,
 Diua potens rerum, domitrixq; Pecunia fati,
 Telluris magnæ Plutiq; sacerrima proles.
 Cuius adorati petierunt sæpe Tyranni
 Fœdera, sæpe suas spes damnauere repulsi
 Ex quo Pellæi iuuenis temerarius ar dor,
 (Credere si fas est, nec fallit cana uetustas,
 Magnanimæ tentauit heræ uiolare pudorē.
 Tempore nam ex illo tacitis noua regna sub
 antris

Instituit, petijtq; piæ penetralia Matris:
 Tergeminamq; domum munimine clausit æ-
 heno:
 Septa procul labyrinthum ambage uiarum.
 Prima

SYLVA. LIB.

Prima quidem teritur concursu semita densa,
Virq; uiro, pede pes urgetur, & omnis eo-
dem

Turba ruit properans, Iuuenumq;, Senumq;,
Virumq;.

Antra sonant plausu gradientum, dura ge-
miscit

Et subsidit humus, repetito faucia passu.

Non tam multa solo bifidis uestigia punctis

Seruat arenoso, ditis quæ mille coloni

Lætæ greges uia balanteis in pascua mittit

Sole nouo, & totidem saturos in ouilia cogit,

Cum super Hesperiam lux inclinata recumbit

At postq; in tenebras uentum est, & in aspe-
ra saxa,

Implicitasq; uias, hæret mentisq; speiq;

Orba cohors, pars magna retro indignata re-
fertur,

Pars magnis enixa animis obdurat, iterq;

Rumpit angela, urgens contra fatumq; De-
osq;

Mox defecta malis nigro tabescit in antro

Emoriens, & congestis iter obstruit arcum

Corporibus: pauci nati melioribus astris

Optatos tetigere locos, Aulaq; recepti

Ad lumen stupuere nouum, clausiq; tenebris

T

Tam

IOAN. SECVND.

Tam longis oculi uix admisere nitorem
 Insolitum, ingentem, late efflagante metallo
 Vsq; adeo ut multis nebula lux illa perenni
 Obruerit fractos iucundi luminis orbes,
 Heu frustra ignaris manibus gemmas, ebur,
 ostrum,
 Auratumq; solum dubio pede tentaturis:
 Nec formosa Deæ uisuris ora serenæ.
 Ante fores opus ex auro memorabile sculptum
 est,
 Auro opus immixtū fuluo, uiridiq; smaragdo
 Aurea dimidia fulgent extantia parte
 Signa, at planities uiridi ex æquata smaragdo
 est.
 Ignotæ posuere manus: sedet ordine primo
 Alma patēs, aperitq; sinū pulcherrima Tellus
 Syluisq; fluuijsq; & floribus interiectum,
 Diues opum Cæceris, gemmarū diues Iacchis
 Diues & Hesperidū syluis, passimq; coruscis
 Incustodita pendentibus arbore pomis.
 Nec non & fuluo demonstrans uimine tantū
 Infernæ Iunonis opes, quæ Troiūs Heros
 Dona ferēs Hecate, maneis penetravit ad imos
 Liberaq; ad superos iterum uestigia uertit.
 Tellurem magno circumsonat æquore Nerens
 Et centum liquidæ Nerco genitore Sorores.
 Hæ

SYLVA. LIB.

Hæ caput attollunt, hæ mergūt gurgite cano,
 Pars stringūt madidos aduerso sole capillos,
 Pars ducunt choreas, & cædida brachia quas
 sant

In numerum, candent fuluis uada cærulea spu
 mis.

Omnibus at longè uasti de finibus orbis
 Turbatos maris in fluctus Aquilonibus ætris
 Flumina labuntur, pellucidiorè metallo:
 Ante alios liquido Pactolus Lydius igne
 Fulminat, ignito Tagus efferuëscit, & Her-
 mus

Gurgite, non raris distincti flumen arenis:
 Sed puro per culta auro splendentia fusi.
 Non aliter, q̄ cum fuluos, Aethnæa per antrâs,
 Mulciber effudit riuos fornace reclusa,
 Cum noua sollicito properaret tela Tonantis,
 Vasta Gygantæos disturbatura labores.

Stat iuxta fulgens auro Berecynthius Heros;
 Auriculis asini nondum insignitus acutis:
 Qualis erat, manibus cū se tentauerat ipsum
 Aurificis, donumq; Dei damnasset iniquum,
 Inclusus, nimiū proprio, iã totus in auro.
 Ille tamen quondam, sacro se in flumine uer-
 sans,

Diluit auctoris dampnosum munere lucrum.

IOAN. SECVND.

At manus artificis tali modo sculpsit in auro
Docta Mydam, nullis quod aquis mollescat,
ut illic

Aeternum stolidus spectetur imagine digna.
Stat quoq; nunc oculis etiam formidine plenis,
Vix bene sopitum credens recubare Draco-
nem,

Vellere Phryxæo rutilans Pagasæus Iason.
Tertius hic etiam, sed longe clarior, astat
Nubila qui rapidis perfringit hiantia flam-
mis,

Attonitas terrens animas reboante tonitru:
Longe illi modò fulmen abest, regalia longè
Sceptra iacent, uultusq; dei, nec credere posses
Esse Iouem, credi nì uellent omnia uates,
Imperiumq; suum nullis includere metis
Monstrosus didicisset Amor, cadit aethere
ab alto

Iupiter, indomito mētem liquefactus ab æstu:
Perq; uias intentatas, auroq; parentem
Custodesq; auro fallens, auroq; puellam,
In gremium Danaës flauo descendit in imbrē:
Et mollem Dominæ instillat lasciuus amo-
rem.

Hæc, ubi regificis celebrat solennia ludis,
Frasgit tria signa suis Regina triumphis.

Illam

SYLVA. LIB.

Illam autem tollentem animos, atq; alta tuentē,
 Aulaī in medio, & sceptrum regale mouentē
 Circumstant uariæ dextra leuaq; figuræ:
 Diuersorum gens operum: mirabile uisu.
 Hinc furibunda quatit rigidam Bellona bi-
 pennem

Auectis diues spolijs, & Martius horror
 Per fera castra fremit, captæq; sit urbis ima-
 go.

Arma, tubæ, Lituiq; sonant, & Tympana rau-
 ca,

Tinnituq; fragor densus miscetur acuto.

At parte ex alia, nitido placidissima uultu
 Pax sedet, aureolum spicis euincta capillum,
 Palladiaq; gerens felicem ex arbore ramum.
 E gremio Bacchiq; liquor, uarijque coloris
 Poma fluunt, Cererisq; fluunt uberrima dona:
 Omnia quæ, postq; terra tetigere potentem,
 (Admiranda cano) croceum durantur in au-
 rum.

Fortuna ante alios magnum sibi uendicat illic
 Imperium, regniq; tenet communia scepra:
 Instabilemq; globū gemmis ornauit, & auro:
 Proximaq; accubuit Dominæ, quam Gratia
 circum,

Ventosusq; Favor, fallax & Opinio uulgi,

IOAN SECVN

Elatisq; supercilijs, uultuq; tument
 Incedens, cœlumq; oculis, & inania captans,
 Ducit inauratam uesana superbia pompam;
 Lata opibus, formaq;, & adulatrice caterua,
 Fortunam contra posita est, & lumine claro
 Aspicit indignantē, et despicit æmula Virtus;
 Ingenium solers, indefessiq; Labores
 Assistunt, celebri quos ordine mille sequuntur,
 Artes, humanæ solatia dulcia uitæ.
 Proxima septa satellitio Regumq; Ducumq;
 Stat pia Relligio, cultus pertæsa priores,
 Barbanq;, tritanq;, togam, lacerasq; lacernas
 Et perā, & Cynicæ gentis monumera bacillū;
 Pro quibus excultos āplexa est mitra capillos
 Mitra micans auro, pellucidulisdq; lapillis,
 Et picturatis collo iacet infula filis
 Demissa ex humeris, pectusq;, & brachia, &
 imos

Palla premit talos auro grauis intertexto.
 Heic Legez e iam sancta, & ueneranda Senatus
 Decreta ātīqui, (quis credere possit & illud?)
 Ante pedes Dominae flexa ceruice recubunt;
 Proq; leui magnæ nutu rectoris, in omneis
 Veriunt se facies, & lusu Protea uincunt
 Mirifico, rideme Dea, & tollente cachinno
 Contemptrice sacri Iuris Legumq; Rapina:
 Effera

SYLVA. LIB.

Effera quæ læna princeps in parte resedit,
 Auratam chlamydem nigro perfusâ cruore.
 Heic Furta, Insidiæq; latet, Fraudescq;, Doliq;
 Squallida Avaritiæ circû præcordia Matris,
 Oibus his nigra caput est in nube sepultum,
 Scilicet ut cælent uulpini dedecus oris,
 Exiguos oculos, rostriq; petacis acumen.
 Nec procul hinc, tabulis, loculoq; onerata tu-
 menti,

Auriuoros impellit equos, curruq; uolucris
 Præcipitata, rapit celeres Vjura calendas.
 Nec Libitina suos non heic quoq; repperit u-
 sus:

Attollitq; rogos, & testamenta resignat.
 At circum auratasq; trabeis, aurataq; tecta,
 Aureaq; insomnes circû in laquearia curæ
 Stridenteis agitant pennas, examine longo.
 Qualiter, ut fama est, stygiæ per inania ripæ
 Palantes uolitant animæ, quas aspera fata,
 Indeplorato sparsis in funere membris,
 Sedibus exclusère suis, & honore sepulchri.
 Nec minus interea Risus, Lususq;, Iociq;
 Dulcesq; illecebræ, et lactâteis nuda papillas
 Nuda genu, Cypriog; madens à rore Volu-
 ptas,

Particibus currunt longis: Iuuenûq; puellis

IOAN. SECUND.

Mixta ruit series: & mixta gaudia iungunt,
 Ipsa suis Cytherea praest pulcherrima sa-
 cris,

Et Puer arcitenens operosa ludit in aula,
 Saep choros iuuenum tæda petulante laceffens,
 Saep puellarum succendens peçlora flammis.
 Spicula quin etiam Dominam molitus in ipsam
 est

Saep proterua ferox, & in auro condidit aurũ.
 Hac tamen in sola fertur damnasse caducos
 Saep Puer plorans arcus, obtu, aq; fregit
 Tela genu, illisitq; solo, pedibusq; tenellis
 Calcauit, frustra q; Venus solata dolentem est.
 Nam proprio, mirum, Regina indulget amor:
 Ac facies Iuuenum pictas exosa, semleis
 Diligit amplexus, & frigida basia captat
 Vinciorum podagra lapidosum corpus, & æui
 Emensi longis ambagibus incuruorum:
 Fessa quibus prono subnitens uita bacillo,
 Ultima decliuis tetigit confinia metæ:
 Pulsa procul thalamis moeret formosa iuuentus,
 Fui pureas signata genas lanugine prima.
 Non illos madidi Myrrha redolente capilli,
 Lucida non tereti dicti inæta monilia collo,
 Ebria non Tyrio commendat murice palla,
 Tinnulaq; arguto resonantia pollice fila

SYLVA. LIB.

Phœbææ Cytharæ, cantusq; & docta choreis
 Tibia saltandis, & melle fluentia uerba.
 Si tamen est horum quenq; dignata cubili
 Diua suo. felicem illum super omnia, felix
 Si tamen esse cupit, naturaq; mitis in illo est:
 Illi diua potens secreta è sede reuulsum
 Ignoratum donat argenti pondus, & auri,
 Exemptum curis, purum, & sine labe metal-
 lum.

Quod recreet mœstos animos, & turbida mē-
 tis

Nubila discutiat, & proclinata iuuentæ
 Tempora florentis longos extendat in annos:
 Vnde fauor surgatq; hominum, surgatq; Deo-
 rum,

Et læti Iuuenis felicia facta sequatur
 Gratia multa comes, cumq; altis Fama Triū-
 phis.

At uero, numero ex omni, quem maxima seruant
 Atria, conspicitur uates uix unus, & alter:
 Atq; illi longè prius abiecere poëtæ
 Squallentem uasri faciem, crineisq; Tiara
 Laurigeros, uel puniceo texere galero:
 Mentitaq; Deam taciti sub imagine fallunt.
 O, uatum gens infelix, frustra q; prophani
 Contemptrix populi, frustra nutrita sub antris

IOAN. SECVND.

Pierijs, frustra choreis admissa Dearum,
 Lucorum roseis in uallibus antiquorum,
 Si uobis infesta manet Dea maxima, cuius
 Concussu sceptro terræ tremit orbis & omnis
 Regia turbatæ mugit procul Amphitrites.
 Ipse ego, roriferæ per blanda silentia noctis,
 Ductus in illustrem longis anfractibus aulæ,
 Aut uidi, aut uidisse Deam per somnia rebar.
 Mox auidis tentabam oculis in imagine blan-
 da
 Harere, & si somnus erat, uaga numina som-
 ni
 Orabam, uolucris alio ne uerteret alas:
 Ne ue quis, oprabam, me compellaret iamicus
 Sopitum, strepitu ire pedum turberet iniquo:
 Omnia conabar frustra: uix uiderat illic,
 Et tactum ramo iussit discedere uatem
 Regina, imperioq; minas adiecit, & iram.
 Nec mora, cum Domina, cum cunctis Regiæ
 gemmis,
 Cumq; satellitio, cum pondere diuitis auri,
 Par leuibus fumis, tenuis euasit in auras.
 Noctisq; ante oculos facies inamcena remasit.

FRAG-

FRA -

GMENTA QVAEDAM, IN-
ter chartas Autoris
inuenta.

INITIVM HO- dceporici.

Ver erat, & canas iterum pertæsa prui-
nas

Fertilis in uiridi ueste tepebat humus.

Garrula Dauia dūm resonabant arua querelis,

Aequaq; nocturnis tempora lucis erant.

Blanda renascentis anni suadebat imago,

Conceptum toties ingrederemur iter:

Visuri populos, quos Sequana diuidit ingens

Quiq; bibunt Ligeris dulce fluentis aquam?

ALIUD DE SOLE.

Fons rerū, Sol cœliuagus, cui plurimus ora
Fulgor, & inōsos crineis flauedine uestit,
Telluris magnæ speculator, & instaurator,
Et ductor rotiens in se reuolubilis Anni.

Aliud

IOAN SECVND.

ALIVD.

De Rerum, ac Temporum, siue cœli
Vicissitudine.

Fœta bonis, & fœta malis noua parturit ho
ra
Semper, & assiduè dando noua, quæ dedit aufert
Vsus in angusto est, præsentia carpite uitæ
Tempora, destituunt iam nos fugitiua: nec est
spes
Vlla, reuifendi cuncta ijsdem in sedibus astra
In quibus hesternæ posuere cubilia Luna.

ALIVD

De Saturno.

Falx gelidi funesta senis, pecoriq; satisq;
Et miseris infesta uiris, infesta uolantum
Tractibus aërijs, fusæq; per æquora turbæ.

ALIVD FRAGMENTVM,

Sine initium potius maioris concepti operis
Videtur autem descripturus
fuisse Tunetæum bellum.

Rursus

SYLVA. LIB.

Rursus bella parat Cæsar, Patiëntia rursus
 Mansueti Iuuenis lögo deuicta dolore est,
 Et uiolata grauem Pietas erumpit in iram.
 Feruere iam uideo densis maria omnia remis,
 Telluremq; armis, cœlum splendescere flamma:
 Quid tantum Fortuna paras: cui fata minantur
 Tam dirum excidium: quantoque cruore redemptam
 Aeternam Furiae pacem conceditis orbis

ALIVD,

In laudem utriusq; Cupidinis: & ipsum
 quoq; maioris operis initium, ut
 apparet.

Imberbes Pueri, Veneris sanctissima proles,
 Ambo ætate pares, autores fœderis ambo,
 Ambo arcu, pharetraq; ambo, iaculisq; decori,
 Crinibus insignes flauis & corpore nudo:
 Quorum hunc, sylvarum sub ramis Elysiarum,
 Vallibus in riguis enixa est mater: at illum
 Flammanteis inter fornaces ædidit Aethnæ.
 Vestra ego regna cano: cantanti assistite uati.
 Nec cytharam si forte mihi, puerilibus ausis,
 Ereptam manibus, dubio pulsabitis ictu,
 Incre-

IOAN. SECVND.

Increpitans indignabor, uos psallere laudes
 Fas o sit, uestras: nec erunt mihi uestra pudori
 Carmina: sed nec erit uobis mea Musa pudori.
 Qualia uos canitis, & ego quoq; talia canto
 Ore tener paruo: poteruntq; admixta camœnis
 Vestra meis, aureis incautæ fallere plebis.

Post Chaos, & ueterum discordia semina
 rerum,

Omnia quæq; utero grauidæ Telluris aluntur,
 Quæq; super uasta discurrunt ætheris ora,
 Quæq; meant subter uersi per deuia mundi,
 Quæ uidet exoriens, & quæ uidet occidens Sol,
 Quæq; quatit Boreas, & quæ rigat humidus
 Auster,

Aeterno consensu, & dulci pace ligantur,
 Longumq; unanimi solantur amore laborem.
 Ni facerent, Tellus imbri pulsata negaret
 Condere uisceribus fœcundæ munera lymphæ.
 Illa graueis syluas, monteisq;, & grandia saxa
 Exciteret tergo impatiens, emotaq; ab imis
 Sedibus eijceret longè freta, & impia canus
 Coniugis omniparæ fletet diuortia Nereus.
 Bruma recusaret iucundo cedere Veri.
 Verq; sub Aestates tepidum produceret annum.
 Aestas Autumnum fraudaret mitibus uuis.

Autumnus

SYLVA. LIB.

Autumnus glaciem pro miti redderet uua.
 Omnia funestis irent in praelia signis.
 Ipsa etiam, longi subito pertæsa laboris,
 Confusis irent facibus sine legibus astra.
 Cynthia fraterni currus ambiret honorem:
 Germanæ cuperet nocturnas scandere bigas
 Phœbus, & exiguum decurrere mobilis annum.
 Imaq; Saturnus peteret cum falce minaci
 Limina facundi Iuuenis: Deus Arcas in altum
 Tenderet, argentemq; senis percurreret orbem.
 Abijceret clypeum Mauors, oculosq; remittens
 Fulmineos, hebeti palleret degent igne,
 Ocia præponens animoso languida bello.
 Arma Venus tenera tractaret Martia dextra,
 Ipsumq; Aethnæo spoliaret fulmine Patrem.
 Alma parens laceris gemeret Natura capillis:
 Atq; opus ipsa suum, seq; ipsa resolveret in se.

ALIUD FRAGMENTVM

ex epistola

Autoris.

AD HADRIANVM

Marium fratrem.

Solce

IOAN. SECVND.

Solet in Campum habitationi nostræ uicinum
cu n proceribus suis sæpenumero prodi-
re Cæsar ac se suosq; omnis ge-
neris equestribus ludis
exercere.

NVnc torto simulat simū diademate Mau-
rum;

Nūc Mahumetanæ gētis, memor, induit armis
Doctus equo profugos uolucris præueterere Pat-
thos,

Vulnera missilibus longè serit irrita cannis

Arduus, inq; iuba fugiens incuruus anhelat.

Illum omnes unum Dryades, & Oreades om-
nes,

Illum suspirant liquidæ per flumina Nymphæ
Occultaq; stupet innixus ab arbore Faunus.

ANDREAE

ALCIATI MEDIOLANENSIS

Jurisconf. In Ioannis Secundi

Hagiensis mortem.

EPIGRAMMA.

Nomen perpetuum uita breuiore repen-
dunt,

Elysijsq; abdunt te tua fata locis;

Vincere ne ueteres possis magnosq; poetas;

Par quibus hoc modico tempore factus eras;

Fleunt Masæ, & Charites, lachrymas quoq; fundit
Apollo;

Et tua deserto busta Helicone colunt.

☉ NAENIA ☉

NICOLAO Nicolai Grudio Autore, in

obitum Ioannis Secundi fratris

optimi.

Siccine in æternam clauduntur lumina no-
ctem,

Lumina perpetuos digna uidere dies?

Siccine pallenteis raperis germane sub umbras?

Victima sic Orci nil miserantis abis?

V

Nec

NAENIA IN MORT.

Nec tua te uirtus duris exercita rebus,
 Nec tua te pietas, nec tua nota f. des,
 Nec sanctæ studium Sophiæ remoratur euntem,
 Eloquium uè potens, ingenium uè sagax:
 Arte Promethæa uiuas quid ducere formas,
 Profuit, aut celo saxa animasse chor:
 Alcibiæue sacras leges didicisse magis: tot
 Qui facit Insubi, um clarius esse solum.
 Quid iuuat Aonias iam tum coluisse puellas,
 Cursabas patrium quum puer ante larem:
 Cui mox Cyprigena iuueni cum matre Cupido
 Blandus Acidalijs ora rigaret aquis,
 Firmior ætate ut faceres certantia morti
 Carmina, Thymbraeo doctus ab ipse Deo:
 Quæ caneret facili dominæ blanditus amator,
 Quæq; iacens duras peruigil ante foreis:
 Ergo nec audiuit te carminis auctor Apollo:
 Ergo pij uates turba prophana sumus:
 Frustra cura deum, frustra sacriq; uocamus,
 Mors quoq; si sacris uatibus æqua uenit.
 At tibi Dii facerent, melior pars isset ut aui,
 Quum secuti uitæ stam. na Parca nocens.
 Crudeles diuæ, stygijs deposcitis undis,
 Lustra cui nondum quinq; uidere fuit:
 Dii facerent, interq; manus atq; ora tuorum,
 In patricq; solo te potuisse mori

Vndi

IOAN. SECVND.

Vndiq; præruptis singultibus ora sonarent,
 Soliq; non fletet te modò nostra domus.
 Mæstus uterq; piam fleuisset Carzius umbram,
 Carzius in uersu clarus uterq; tuo.
 Clericus & flectet qui fusca sub cute gestat
 Pectora non tacta candidiora nive.
 Goclenius rapti plorasset funus amici,
 Goclenius nullis uatibus inferior,
 Qui pridem nostris urben traduci in oras,
 Qui n Tros cum socio struxit Aborigine.
 Atq; alij, atq; alij flectent longo ordine uates,
 Sectantes mortis dira feretra tue.
 Q, q̄ multa graueis educens pectore questus
 Corriperet madidas ungue puella genas:
 Ipsa quidem ante alias flens charum Lulia uacè,
 Illa tuus frater Lulia primus amor,
 Lulia formosus inter uictura puellas,
 Vatis amatoris munere facta dea,
 Immiti spargens myrtosq; rosq; sepulchro,
 Condiret lachrymis funera deciduis,
 Oraq; de largo imprimeret turgenia fletu
 Vatis amatoris dona suprema genis.
 Et longæua parens nati complexa cadu-r
 Mixta daret tepidis ocula cum lachrymis,
 Et non una soror liceros turbata capillos,
 Dilanians sæua pectora & ora manu.

NAENIA IN MORT.

Et termi fratres ciner: bona uerba precati
 Duro cum gemitu floreaserta darent,
 Aut tibi si patria procul & natalibus aruis,
 Inuidiosa deum fata fuere mori,
 Saltem non diui spectasset uicus Amandi
 Implentem uitæ munia summa tuæ,
 Nec satis à patria prope nec natalibus aruis,
 At neq; sat patria de regione procul,
 Nigra dies melius rigidos clausisset ocellos
 In desertorum rupibus Arragonum,
 Sine Tagi ad ripas: apidi sub lumine Pœcebi,
 Arida quum febris clauderet ora siti.
 Quom saepe (ut n. emini) nequicq; fata precatuſ
 Senſiſti ſurdos ad tua uota deos.
 Serius ut certè ueniſſem nuncia lethi,
 Veniſſem domui ſic leuioſa tuæ.
 Et genitrix, quæ nunc ſubito exanimata dolore
 eſt,
 Senſiſſet medicam temporis eſſe moram.
 Forſitan ipſa etiam minuſſent tanta locorum
 Imetualia aliqu. d, quod propiora negant.
 Nec tam certa tuæ manſſet fama ruinae,
 Eſſent nec lethi tot monumenta tui.
 Lenius ipſe equidem ſic tunc mea damna tu-
 liſſem,
 Reddituſ aſſiduus durior uſq; malis.

Quum

IOAN. SECVND.

Quā mea (quid grauius) lenti post tædia morbū
 Coniux est migras ire coacta uias,
 Nec charam illius potui comitarier umbram,
 Ut sequeretur, duri non uolueret dei.

Quis scit an ipse etiā tunc æquius occubuiſſes
 Languidus, & fractus penè dolore meo?

Certe aliquid fuerat quosdam spectare tuorum,

Quodq; oculos tegetet fratris amata manus,

Quod charæ acciperent tua membra sepulchra
 sororis

Quodq; unus fieret mixtus uterq; cinis.

Triste subiuiſſent Venerilla Neeraq; funus,
 Manibus unanimes & pia uerba darent.

Hæc quoq; frigenti tot basia figeret ori,

Quot solita est uiuo figere, quotq; modis.

Ipse ego thura sacrasq; darem cum carmine lau-
 ros,

Quæ tua promeruit non temerata fides:

Quam longum pariter licuit trāseginus annos,

Seu fers blanda mihi seu mihi dura fuit,

Quo me cunq; tulit fati imperiosa potestas,

Dum uagor ignoto Cæsaris orbe comes,

Quem dominū occasus late ueneratur & ortus,

Et plaga, septena quā micat Vrsa face.

Piniſero quoties residenteis uertice nubeis

Quæq; Pyrenæo mixta iacet alta iugo

NAENIA IN MOR.

Tecum unâ potui celeri per uinpere manno
 Sæuaq; ab byberno frigora ferre Iouet
 Tecum unâ Hesperios potui continere soleis,
 Funderet a; enteis du n ferus ar dor ag os,
 Illicis ô quoties te. ti requieuius umbras
 Dum daret alternos nostra Thalia modor
 O, quoties matutinas uenatibus horas
 Lusim is: ut ca deret præda perita lepust
 Ergo, qui tecum potui per ferre labores.
 Qu' tecum o nni genis ludere delicijs,
 Cur non te potui per regna in amœna secutus
 Trans mitti lethes dir a fluenta migris
 Et tristeis sine sale dâ nos, sine lumine lucos
 Uijere: migranteis & comes ire uias?
 Inde etia n tecum Elysios habitare recessis,
 Qu' per odoratum sibilat au a nemus?
 Sic magè constarent fraternæ fœdera dextris
 Passibus in paribus nec meus iret amor.
 Vestra mihi Diu x toties cur defuit ira?
 Cur trahitis lenta stamina nostra manu?
 Innò ego quin ferro tantos finire dolores
 Accelero: et mihi dâ, quod fera Parca negat?
 Nam nec longa dies mihi me placauerit, aut quæ
 Afflictos am nos bacchica dona leuant.
 Sed mihi quid prodest renouari uulnera uerbis?
 Qu' due iuuat gemitu publica damna queri?
 Sita:

IOAN. SECVND.

Si tamen inerea rigidatum p̄c̄sa Sororum
Decurrunt, nullis in p̄dienda modis.
Aut tibi quid proffit me lathum urgere negatum
Si nostra redimi mors tua morte nequit.
Spero equidē (nec longa mora est) uestigia pone
Chara sequar, nec nos diuidet ulla dies.
Vos sancti manes tacita requiescite in urna
Interea, & tellus non grauis ossa premat.

☞ IDEM ☞
IN LIBRVM IOANNIS SE-
cundi, Liber ipse
loquitur.

TV quemcunq; iuuat tenero cognoscere uerū
su

Seria delicijs mixta Cytheriacis,
Basia quem madidis delectant pressa labellis,
Sen. per & alterius finis an. oris amor:
Me lege, & admontus profert. a morte Secūdi,
Carpe diem: uolucris uoluitur ille rota.
Nī facis, ereptum ten p̄us lugebis amori,
Quum ueniet rapido mors inopina pede.

HA.

NAENIA IN MORT.
HADRIANI MARI
MACLINIENSIS IN MOR-
tem Ioannis Secundi Hagiensis fratris
charissimi deside- atissimiq;
NAENIA.

Q Vis luctus, lachrymæne, aut quæ lamen-
ta dolori

Sufficiant nostro: nunc claro pectora planctu
Irrequieta sonent, nunc fœmineo singultu
Vrbem orbemq; implere iuuat, si forte leuetur
Immensus dolor, & mens debacchata residat.
O maria, o terra, o quod circuit omnia coelum;
O crudele nefas, o sæui iniuria fati,
Naturæq; uices inuersæ, o plurima Diuim
Inuidia, o quondam mea maxima gaudia fra-
ter,

Nunc dolor, afflictoq; niger sub pectore luctus:
Quàm mallem has lachrymas, hos te charissi-
me questus

Impendisse meis meliori carmine fatis.
Hæccine quæ nuper de te sperare iuebass?
Hic ne celer reditus, tua quem mihi litera pacta
est,

Edibus his ad me Bruxellæ mœnia linquens

QUANTO

IOAN. SECVND.

Quam dederas: nondum ecce nouæ uenère Ca-
lende,

Aduentumq; tui subito mihi fama ministri
Nunciat, extemplo circum præcordia sanguis
Horruit, & manifesta mali præsagia tanti
Mens percussa dedit, sic ad præsepia nota
Turbatus somipes domino sessore relicto
Accurrit, casuq; domum comurbat acerbo:
Illum autem in syluis immitis turba latronum
Infelicem auro spoliatum animaq; reliquit,
Incautum in palus ignoto uortice sorpsit,
Flent uxor, natiq; incertaq; funera lugent.
Felices illi præ me, cui certa malorum
Stat ratio, ueraxq; nimis cui nuncius aureis
La sit, & æterno damnauit lumina fletu.

Ergo procul dulci patria & natalibus ar-
uis

Sic germane iaces! & diui uicus Amandi
Extremos hausit gemitus morientis, & ora
Hyblæo nuper clausit manantia melle:
Et terra texit, quæra quem uiderat ante
Viuentem ualidumq; die, nec uiderat ante,
Quam fato cum nunc illuc, urgente uenires:
Quid nunc Hesperiam obstanteis fugisse per al-
peis

Profuit, & patriam terraq; mariaq; petisse:
X VE

NAENIA IN MORT.

Vt nostras interq; manus, atq; oscula nota,
 Longiqui se res leuius fastidia morbi,
 Aut melius certe ac patientius expires?
 Inuidit fortuna necis solatia, & agro
 Desperatam animam charos uix inter amicos
 Ducenti placidam mortem indignata negauit,
 Vt propè sanatum subito crudelius inter
 Ignotasq; manus extingueret, extinctumq;
 Externa tegeret tellure, nec optima mater
 Circumfusa sui corpus mcestissima nati
 Oscula non iteranda daret, gemitusq; supre-

mos,

Ore suo legereiq; animam morientis ab ore:
 Obiegeretq; extrema oculos in morte natanteis
 Ne sotor abscessos aut hæc aut illa capillos
 Cumq; thymo molli, cum purpureis hyacinthis,
 Rore maris, uiolisq;, & odoræ germine myrti,
 Munera summa tuo inijceret deuota sepulchro.
 Ne fratres mcesti, atq; horum mcestissimus ipse,
 Vltima pallidulis mandata excerpere labris
 Supremumq; uale coniunctis dicere dextris
 Possemus, mutam neu defleremus ad urnam
 Compositum, et magna manentis ter uoce uocantes,
 Doctorum lachrymis circum stillante corona,
 Et nostras singultu interrumpente querelas,
 Irems præclara tuæ per facta iuuentæ.

Dul-

IOAN. SECVND.

Dulcibus ut Musis tenero deuinctus ab æuo,
 Cum bis quintus adhuc paruo decurreret æuis,
 Iam tunc imperio cantabas docta magistri
 Carmina, sic illi tamen haud uulganda per or-
 bem.

Tunc spes nata tuis amplæ certissima frugis,
 Non aliter, q̄ cum tenera densissima in herba
 Stat seges, & rectam uiridi uelamine terram
 Eripit ex oculis, læti per rura coloni
 Dona ferunt diuis, & spe pascuntur opima:
 Horreaq; extendunt uenturæ amplissima messi.
 Atq; utinam nō horum aliquis sua dona reposcat
 Ingratos diuos, mista si grandine turbo
 Aut niger albentis contriuerit imber aristas,
 Et latè diteis opibus spoliauerit agros:
 Relliquias tempestatas rarosq; maniplos
 Cum lachrymis gens mœsta legat, lectosq; ua-
 cantis

Exigua latè tecti sub parte reponat.
 Sic obrita tui nobis spes maxima frater
 Ingenij, sic pauca pia nunc fragmina dextræ
 Colligimus, seclis tamē haud spernenda futuris,
 Ni me fallit amor, nisi nil præsagia uatum
 Nil fidei sacer ardor habet, tua Iulia uiuet
 Aeternum, uiuent formosæ blanda Neeræ
 Basia, diuersiq; alij quos ludis amores,

NAENIA IN MORT.

Dilecti uiuent solatia blanda sodales
 Siue tuis celebrati elegis, seu litera notos
 Quos tua per geminos faciet distincta libellos;
 Oda Pyndaricæ uiuent imitamina chordæ.
 Et salibus conspersa suis epigrammata parua
 Quin sua defuncti per te post funera uiuent,
 Quois tumulos pius & tumulis pia uerba de-
 disti,

Quæ legat & sanctos maneis uentura salutes
 Posteritas, similiq; optet noscere uate.
 Orphea perpetuum Lycidas patrem orphea uat-
 tum

Coniuge merentem rapta canet, aurea semper
 Aurato celsa in solio regina sedebit
 Sola potens rerum domitrixq; PECunia fati.
 Aeternum syluæq; tuæ & tua fama uirebit.
 Nulla dies unq; taleis plaga nulla labores
 Nesciet, artificesq; manus, & cæla poetæ,
 Iulia queis uiuo formosa in marmore spirat,
 Et formosa Neara, atq; altera tertius ignis,
 Et chari fratrum uultus, chariq; parentis,
 Oraq; amicorum uaria, & tua maxima Cæ-

sat
 Nunquam sculpta alia melius simulataue de-
 xira. (uda)
 Quid memorem, argilla solitus quos ducere ab
 Viuem

IOAN SECVN.

Viuentis hominum uultus, uultusq; deorum:
 Quæ cuncta aspiciens, & nomina nota Secundi
 Posteritas studiosa legens, mirabitur olim,
 Phidiacasq; manus, facundiq; ora Properti,
 Prima uni facileis diuos tribuisse iuuenta,
 Et tantam prima spem præsecuisse iuuenta,
 Claudenti primu non e triæteridis annum.
 Quid referam, merita iuuenilia tempora lauru
 Vibe tua Biturix dextra præcincta uerenda
 Alciati magni, sanctarum insignia legum:
 Quæ nunc quid profunt: quid tot uoluasse per
 urbeis:

Quid pietas tibi mitis heri: quo celsa Toleti
 Præsule dijs grato fumant altaria ture,
 Quem dominum dudum suspirat maxima Ro-
 ma:

Ille tibi arcanaq; notas, arcanaq; scripta
 Credidit, atq; tua gauisus scribere dextra est
 Magnanimos latij ad proceres, dominæq; po-
 tentem

Paulum urbis dominum, quin & te Cæsaris ar-
 ma

Instructamq; sequi iussit per cærule classem,
 Cum Myrilenæo, Lybicas qui insederat oras,
 Prædoni nuper bellum exitiumq; pararet,
 Pænorumq; in auita reponere regna Tyrannum

NAENIA IN MORT.

Expulsum ultro iret mundi pacator, ut esset,
 Victuro præsens qui posset carmine bella
 Tantaq; magnanimi describere Cæsaris orsa.
 Deinde uti victorem terraq; mariq; secutus,
 Flauentem ad Tybrim, magnæq; palatia Ro-
 mæ,

Pontifici summo summos orator honores
 Nomine gratateris heri, triplicemq; coronam.
 Obstitt atra lues, & diri iniuria morbi,
 E mediaq; uia uestigia uertere retro
 Compulit, & patrias inuitum quærere sedeis.
 Hec ille sic subsistentem, inualidumq; potenti
 Cedentem n. orbo. tandem tenuissima uenit
 Ad nos umbra tui, sic te charissime rerum
 Aspiciamus, dixi, lachrymis amplexus oboritis,
 Lætitiãq; inter dubius, mœstumq; dolorem,
 Et dudum ipse meæ damnans præfagia men-
 tis.

Hei mihi nõ frustra, quid eni patrij aëris haustu
 Profuit excussisse refecto è corpore morbum?
 Reliquiæ pulsi subito si funere morbi
 Sturnere debent firmatam penè salutem?
 Quid precibus nostris fractæq; ætate parentis
 Concessisse ueniat patrijs ne rursus ab oris
 Cidens, n. orbiferis ambussum solibus orbem
 Taueræq; tui peteres cupidissimus aulam,

Sed

IOAN. SECVND.

Sed patrios intra fineis cum præfule sancto,
 Traiecti cui cessit apex, & maxima templa,
 Conditione ageres simili, sed non diuturna.
 Nam summos paulo ante dies ad Cæsaris aulã
 (Qui tunc pacata Tyriæ Carthaginis ora
 Lustrabat Latias populis gratantibus urbeis.)
 Accersitum ultro Pernoti litera uenit.
 (Pernoti, sine quo magnus nil Marte rogãue
 Cæsar agit, dudum Hesperia cui notus in ora es,
 Ingenio quantum dextra linguaq; ualeres.)
 Cæsaris ut signata manu quæcunq; Latino
 Litera ferretur latum sermone per orbem,
 Ingenij illa tui dextræq; opus esset & oris.

Fata retraxerunt iter importuna parantem,
 Inq; alias egere uias, nemo unde reuerti
 Ingressus potuit semel, infandoq; sopore
 Heu dulcis oculos & doctæ murmura lin-

guæ

Damnarunt, doctasq; manus, crudelia fata,
 O crudelia fata, & nos (si dicere fas est)
 Crudeles diui, qui fatis cuncta licere
 Concessumq; homini naturæ legibus æuum
 Florenti sinitis præcidere sæpe iuuenta.

Aeternum o mihi frater aue, te plorat adem-

ptum

Vnã omnis turbata cohors studiosa, uiriq;

X 4

Artifices

NAENIA IN MORT.

Artifices, plorat senio confecta q̄. luctu
Mater, & in miseram partem germana do-
loris

Terna uenit, terniq; tibi fidissima quondam
Pectora, postq; obitum fidissima pectora, fratres,
Equibus hic, primis tecum qui uixit ab annis,
Et penè a quæuam tam longum tramire uitam
Produxit simili, uitæ nunc parte carebit
Dimidia meliore suæ, dum uiuere partem,
Quæ superest inuita, fides pietasq; sinetis,

EPITAPHIUM

EIVSDEM

Eodem Autore.

Hospes, ne teneri sistas super ossa Poëta,
Huc sacer est Musis & tibi Phœbe lo-
cus,

Seruat Ioannis qui corpus inane Secundi,

Quo iuuenis nostro haud doctior orbe fuit,

Mollia seu facili deducere carmina uersu,

Sive hominum uultus sculperè, siue deum.

Testatur monumenta, atq; hæc, atq; illa, per orbē

Plurima, quæ morti cedere uiuæ negant.

Epigram

IOAN. SECVND:
EPIGRAMMA
IN IMAGINEM EIVSDEM
à Ioanne Schorellio doctissime
pietam,
EODEM AVTORE.

Talis Ioannes oculis eram & ore Secundus
Festinus quintam claudere olympiadem,
Et æuenit cita mors, at, docti dextra Schorelli
Quam dederat uitam, lædere non potuit.

IN ALIAM EIVS
DEM IMAGINEM
ad Sepulchrum suspē
di destinatam,
Aliud eiusdem Epigramma.

Quisquis Ioannis uidisti scripta Secundæ
Aut, cælo ductas illius effigies:
Hic ipsum, qualis uiuus fuit, aspice, & ossa,
Et uenerare sacrum quod tegit ossa solum.

FINIS

ERRATA
QVAE ANIMADVERTIMVS
& indicanda iudicauimus
hæc sunt.

- B. 4. tertio uersu Eleg. X. pro uinctrici legendã
uictrici
Eadem elegia ultimo uersu pro Pactoli Pactoli
B. 5. facies. 2. in uersu incipiente Vota quib. pro
miseris legendum miserum
B. 6. fa. 2. octauo uersu pro Ire uacillatim legem
dum Ire uacillanti
B. 8. fa. 2. uersu quarto à fine pro & trepidum le
gendum & tepidum
C. 6. fa. 2. penultimo uersu pro frutrex lege fru
tex
C. 7. quarto uersu à fine pro caloris lege calorã
C. 7. fa. 2. uersu tertio pro permittens legendum
promittens
C. 8. uersu. 4. pro afflarat legendũ afflaret
D. 1. uersu, incipiente Tolle tuas pro iste lege istã
D. 3. uersu 5. pro In niueo legendũ Iam niueo
D. 7. fa. 2. uersu à fine. 6. pro uincta lege uinctã
E. 1. uersu. 6. pro fera legendum fero
Eadem loco uersu à fine. 7. pro reuecta lege re
fecta

ERRATA

Eodem loco tertio uersu à fine pro annis legendum annus

E. 2 uer' u sexto pro clausa, clauda legendum

E. 3 fa. 2. 7. uer, u à fine, legendum proq; tubis non pro tubis

E. 6 fa. 2. in titulo Elegiæ. X. legendum In Reuerentiſſimum pro In Romanum

Eiusdem eleg. uersu. 3. pro inficienda lege inficienda

E. 7 uersu. 4. pro primus legendum pinus

E. 7 fa. 2. uersu. 3. pro abessem legedum abissem

Eodem loco in titulo Elegiæ. XIIII. Item in primo eiusdē eleg. uersu pro Statium & Statius legendum Stratium & Stratius

Eadē fa. uersu. 5. à fine pro princeps lege præceps

E. 8 fa. 2. uersu. 1. pro moretur lege meretur

Eadem fa. in uersu incipiente In quibus pro Statius iterum Stratius legendum

F. 5 uersu. 7. pro incendia legendum incendere

F. 6 fa. 2. in uersu incipiente Sera neq; pro longū lege longam.

K. 2 fa. 2. uersu. 2. pro uocalu lege uocali


L. 8 fa. 2. in primo uersu basiſſi XVII pro imane lege mane

M. 4 in uersu incipiente Non minor pro heic lege hic

ERRATA

- Q. 4. fa. 2. in uersu incipiente Nescio pro stri-
debit lege stridebat
- R. 2. uersu a fine. 11. pro unda lege unde
- R. 4. uersu primo pro languentem lege languen-
tum
- R. 5. uersu primo pro uis legendum ius
- S. 7. uersu secundo pro cusuras lege casuras
- T. 1. uersu a fine. 6. pro anzela lege anabela
- T. 3. uersu septimo a fine terra terram lege
- T. 3. fa. 2. uersu penultimo pro cachinno lege ca-
chinno
- T. 5. fa. 2. uersu quarto pro concussu lege con-
cussus

FINIS




PLATE

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

PLATE

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



1456315



*Felici Genio uiuax liber arte per orbem,
Chalcographa missus, nō minus ille uolat.*

CCN 24000255